


Cópiese la portada

M. S. 4.º perg.º 359 hojas foliadas bien tratado, completo.

R = De Incarnatione Verbi Pater Ruiz.

Generalis controuersia de Deo incarnato.

Ad 3.am partem D. Thomæ à q.e 1.a usque ad 26

Authore R. P. Xpo-
phoro Ruiz hispalensi
cathedræ vespertino
lectore.

In collegio D. Hermenegildi Societatis Iesu.
Anno à Deiparæ partu 1617.
Septembris quinto Idus 9.



us

Prologus.

Terminus corporis ni a na sed a jure gentium inductas clamat juris peritus: terminus aio hic a natura, cum na tu[illegible] suggit ad ephes. 2: eramus natura filii iræ. hanc a nobis expulit Deus homo formam servi accipiens, qui ita de nobis est benemeritus ut sibi debitores extiterit innumeris titulis, hic ut ex parte persolvamus, tanti operis preconia explicare aggredimur: ducem hemus Angeli cum athinarem qui si usquam bene, nusquam melius quas de Deo incarnato loquitur, a quo audi dicitur bene scripsisti de me Thoma. hujus ergo vestigiis insisteres curabimus si ni comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo sublimitas et profunditas Dei incarnati ac certe cum scholasticis meditari.

Partitio operis.

Disputationes 20 stringebat. 1.a erit de cognoscibilitate possibilitate et existentia incarnationis. 2 de illius convenientia quoad substantias et circumstantias, 3.a de necessitate ejus ad satisfaciendum perfecte pro genere humano ubi de perfectione satisfactionis Christi Domini. 4.a de fine seu motivo incarnationis, 5.a de unione hypostatica et illius [illegible] 6.a de persona assumente et tranil[illegible] nas hu

ma

manas, ubi amid perfectione divinis et perfectionibus absolutis; quinto: 7ª de natura per unionem hypostaticam assumpta et assumptibili; 8ª de partibus naturae humanae assumptae et ordine assumptionis; 9ª de gratia sanctificante Christi Domini et habitibus illas comitantibus; 10 de scientia creata intellectus humani Christi Domini; 11ª de libertate voluntatis humanae Christi Domini et illius operationibus; 12 de efficacitate operationum Christi Domini quoad meritum. 13 de communicatione idiomatum in Christo Domino et illius unitate; 14 de conditionibus humanitatis quas assumpsit Verbum divinum ubi de deffectibus animae et corporis. 15ª de potestate Christi Domini ad faciendum miracula et alia opera supernaturalia. 16 de gratia et dignitate capitis propria Christo Domino; 17 de causis efficientibus et meritoriis incarnationis; 18 de comparatione Christi Domini ad Patrem aeternum ratione utriusque naturae, 19 de comparatione Patris aeterni ad Christum Dominum quoad illius adoptionem et praedestinationem. 20 denique de adoratione Christi Domini et rebus divinatis.

Commentarius

in quaestiones 1ª D. Thomae

mus hec q.° 6 art.° in 1.° dicet manifestus est q.d fuit decens Deus incarnari; in 2.°
n. fuisse necessarius simpliciter ad reparationem
g.ris humani; fuisse tn necessarius ad melius
esse; in 3.° pote fuisse q.d Deus carnem assumeret
etsi homo n. peccasset de facto tn si n. peccasset
probabilius esse q.d Deus n. fieret homo; in 4.° Xpus
Dnus venisse n. solu ad dellendum peccatum ori-
ginale sed etiam oia actualia, principalius tn venisse
ad dellendum originale; in 5.° n. fuisse conveni-
ens ab initio mundi Deus incarnari nec statim post
peccatum; in 6.° n. debuisse incarnationem differri
usque ad finem mundi.

De Voce Incarnationis.

Fastidiunt hanc voces Lauren. Valla et alij
grammatici ut Barbaras et grammatice ferulae
minime gratas, sed ij et in eas barbare errant
cum ex Cicerone lib. 3 de finib. paulo post
initium nouis rebus imponenda sint noua nomina
et ita apte hoc mysterium ea voce signari, quam
amplexi sunt PP.es sepissime et passim vtuntur; idest
e actio nature humane assumptionis, unde ibi caro sumitur

pro

pro tota natura hominis expressit Scriptura: Et cum potius incarnatio quam creatio aut humanatio sumere do denominatio est ab ignobiliori parte hominis, ut magis Dei immediate benignitas quae in rei ita abjectae assumptione eluceret, et ideo Ioannis 1 dixit; Verbum caro factum est, ut ex distantia nobilissimae rei assumentis et ignobilissimae rei assumptae magis eluceret mysterium; vide Tol. et Maldonatum ibi.

Varia nomina quae solet a Scriptura sacris et Patribus appellari hoc mysterium, refferunt Suar. Valen. Vasq. et alij hic, potissima illa: magnum et abscondi tum sacramentum, mysterium pietatis, Verbum abbreviatum, consumatio abbreviata inundans justitiam, Verbum consummans et abbrevians, Descensus Filij Dei de caelis (quantum ad quem refferri est inferior natura) apparitio Iesu in carne, salutaris adventus Christi, mira et exquisita compago, nova et inaudita commixtio, contemperatio divinitatis cum humanitate salutaris reconciliatio, Dei incorporatio, oeconomia seu dispensatio qua scilicet Deus providit domui suae Ecclesiae: Osculum etiam dicitur canticorum 1 quia sicut hoc praecipuum est signum amoris, sic incarnatio, vide Ghislerium ibi.

De varijs autem modis et metaphoris quae capi

nivas nra et redemptio q xpus Dnus fuit declarant propter diversas considerat, vide Dne donem de captiuit et redempt. gen. humani et Salmer. t. 2° ttl. 27 in hijs oibus cum mul ta sint metaphorica, caute procedendus erit, ne erroribus ansa det. Quare autem eucharistia appellet incarnationis extensio ut loquunt aliqui P.P. apud Surrianus ttl. 2° de Eucharistia, alibi explicabit.

Disputat. 1ª

De cognoscibilit., polit. et existentia Incarnationis.

Polites incarnationis supponit D. Thomas hic cum probat illius conuenientias, probauerat eni in 3° distinct. 1ª quare n. e cur hijs eratijs dubijs prohemialibus ad q. 1am potius interentibus detineamur, ea dere copiosse interpretes hic. haberi autem merito potest scia de Xpo Dno, si sit individuus, q ex dictis in Loga, de individuis haberi scia quo ad necessaria, necessaria autem hec ss. quæ tenus cadunt sub oculari diuina, q bene explicuit Suar. hic in præfat.

Q.º 1.ª

V. difficilius sit cognoscere mysterium incarnationis quam mysterium Trinitatis et alia?

Cum mysterio Trinitatis et Eucharistiae praecipue potest esse comparari et quidem ea omnia communi voce a Sanctis PP. mysteria ineffabilia nuncupantur; id negari non potest non aequalem in sua cognoscibilitate difficultatem afferre respectu intellectus creati, cum tamen diversa in se predicata afferant. Igitur Cartagena lib. 2.º homiliarum homiliae de ineffabili incarnationis Verbi divini arcano, columna quam existimat expediti magis et facilius esse cognitum Trinitatis mysterium quam incarnationis; quia illud est quid Dei naturae conveniens et omnino necessarium, incarnatio vero Verbi est res ex se libera et contingens; adducit Aristoteles 1.º posteriorum asserentem nostram cognitionem magis aquiescere rebus necessariis quam contingentibus, cum de his scientia haberi non possit propter ... si ab alterius voluntate dependeant. Ostenditur margine nullus de Deo nisi magna et mirabilia concipit, unde quidquid de Trinitatis mysterio dicatur, quamvis excellens ad mirabile et infinitum sit, Dei naturae convenire facile suadet: at Deum fieri hominem, cum id

tantas miserias videoleat q. antiquiores phi et popu, fere nihil ita absurdus invenerint cuj Deum n. adsequerent ... Subdant, n. ita facile mens capit angelica nedus humana: Unde concludit Doctor citatus quide stare ardenius magis esse incarnationis mysterius ... quas mysterius Trinitatis. Primo ... potest ... qd alqui heretici et ... phi. apud Aug. lib. 10 de civit. Dei cap. 29 concedebant mysterius Trinitatis, negabant vero incarnationis mysterius, signum ... hoc esse difficilius cognitu.

... tamen est mysterius Trinitatis absolute et simpliciter esse difficilius et obscurius mysterio incarnationis. ita videntur com̄iter supponere PP. et DD. ... de Trinitatis arcano agunt ... qd 32 ... de hac, n. qd expresse nihil disputant et Theologi qui ... paucos asserunt posse lumine ne habere cognitionis probabilem de mysterio incarnationis id tamen negant com̄iter de mysterio Trinitatis, ut notavit Suar. lib. 1 de mysterio Trinitatis cap. 11 n. 10. Ante probationem ... suppono duplicem ... posse nos loqui de mysterio incarnationis (idemque est sermo de mysterio eucharistiae) 1o ita ut sermo sit de incarnatione prout ... ad ... divinas abstrahendo ab hoc qd sit una aut plures, pater aut filius aut Spiritus Sanctus, sed praecise considerando

hoc

hoc quod est Deus incarnari: lumine autem naturae de-
monstrari potest in Deo dari personas divinas hoc
modo sumptas; ergo in hac consideratione procedimus.
2° modo potest sumi incarnatio prout scilicet est aliquid
terminatum ad 2as personas Trinitatis reduplicative, et
hoc modo procul dubio sicut non potest cognosci mysteri-
um incarnationis sine mysterio Trinitatis, ita etiam illud
saltem extensive est difficilius cognitu, quia includit to-
tum quod dicit Trinitas et addit unionem ad naturas
humanas.

His suppositis probatur conclusio: illud mysterium est obs-
curius et difficilius cognitu quod magis videtur opponi
principiis notioribus naturae lumine, sed sic se habet mys-
terium Trinitatis, ergo etc. major perspicua videtur.
minor probatur quia mysterium Trinitatis videtur
pugnare contra illud principium quaecumque sunt ea-
dem uni tertio, sunt idem inter se; quod ita apparet
naturali lumine per se notum ut humana ratio ali-
ud non videatur posse capere: mysterium vero in-
carnationis non pugnat contra principia ita clara et per se nota,
idemque est de mysterio Eucharistiae; quae non
occurrere possunt contra ea mysteria ex parte limita-
tionis et terminorum creati; et ex parte divinae omnipo-
tentiae et ex potentia obedientiali creaturarum
notitia, quae naturali lumine comparari potest, mag-

naeraq. te leuari poss. ex ipsa intelle creati vi-
rtute naturali. Significatq. e mysterium Trinitatis
ee altius et difficilius mysterio incarnatio-
nis quod adeo religiosis omnibus.

2.° eadem cc probari potest ex verbis D.
Bernardi lib. 5.° de considerat. ad Eugenium
Litera H, ubi postquam enumerasset nouem
modos unitatis qui reperiri poss. in rebus, comparans
unitatem diuinarum personarum cum ess. diuina,
et unitatem aiae et carnis cum Verbo diuino in
Xpo Dño sic ait: Inter oia quae recte unum
dicuntur, arcem tenet unitas Trinitatis, qua tres
personae una substantia sunt, 2.° loco illa praecellit
qua e conuerso tres substantiae (scilicet verbum
aia et caro) una in Xpo persona sunt. Ex quo
sic conflatur argumentum: illud quod e magis unum
e difficilius cognitu, sed mysterium Trinitatis ex
sententia Bernardi e magis unum cum includat plura
mutuo inter se distincta et habentia majorem uni-
tatem cum uno tertio, quam mysterium incar-
nationis, ergo e difficilius cognitu, major patet
ex eo quod major unitas major perfectio est, major
autem perfectio difficilius cognoscitur; unde asserere
mysterium incarnationis in eo quod praecise ad-
dit mysterio Trinitatis ee absolute difficilius
cognitu quam illud, falsum et absurdum e.

Nec

Neque fundamenta opposita quae urgent, solum non probant solum quid mysterium incarnationis est difficilius, absolute tamen sublimius et obscurius est mysterium Trinitatis propter saepe dicta. Unde non defuere aliqui apud Suarez citandos n.o 2.o qui asseverent illud esse non solum supra id, ad quod ratio naturalis, et satis ostendunt difficultatem illius tot innumerabilia deliramenta in quae prolapsi sunt haeretici hujus mysterii veritatem non capientes.

C.ᵃ 2.ᵃ

An solo naturali lumine intellectus creati mysterium incarnationis sit evidenter cognoscibile quoad ejus possibilitatem?

Licet cognoscibilitas supponat possibilitatem, cum sit illius passio, de illa prius agemus, frustra non desudabimus in tradenda notitia tanti mysterii nisi prius quo pacto ab intellectu creato cognosci possit ostendamus.

Sec. 1.ᵃ

Supponuntur aliqua

Tribus modis, ait S. Bernardus lib. 5.o de consideratione ad Eugenium, vera quae res a nobis investi

gant, opinione scilz fide et intellu scientia, de
qq satis alibi diximus in quo differant: et in
iis elucere potest .l. Lumen nale intellus .l. sup
nale; illud appellat ipsa vis nalis intellig[illegible]
ut ut speciebus nalibus et gratis Dei concursu;
Lumen vero supnale respicit et concursus supnales
et spem [illegible] indebitas: quidquid intellus
creatus attingit per potas nalem, attingit per lumen
nale, quidquid vero attingit per potas obedientiales
attingit medio lumine supnali, sive illud vsitat in spe
sive in habitu .l. actione.

Rursus negari n potest aliqua entia supnalia saltz quoad
mus attingi posse evidenter ab intellu creato lumine
nali quoad polites, cus et Deus eo mo cognoscat [illegible] sup
nalis substantiae: et evidens sit dari potas obedientia
lem in creaturis [illegible] n cognoscat explicite et ut
iis vocibus signat, in Deos oppoas, hac proinde potia
ee aliqua entia supnalia saltz in confuso, q bene
docuit Vasq. 1° 2° in 1 as es p disp. v 14 cap 3°
n° 26.

Dices: ca efficiens per potas nalem nullo mo nacss
improportionate potest attingere effectus supnales, ergo
neque intellus creatus lumine nali attingere poterit
obiectus supnale et improportionate. [illegible]
essentia supnalia sint participationes divinae nae
sicut haec ut talis n potest cognosci lumine nae
ria neque illa. Ri ut Rp: ad plurasse exten

sir

titatu intentionalis quas act physica, sicut unus Angelus naturaliter alterius ~~ipsius~~ cognoscit quem tamen non potest efficere, et ita licet creatura per propriam naturam nullo modo possit dirigere enti supernaturali, potest illud cognoscere, quia hoc non est illi dare esse, et ita non repugnat illi perfectioni aut limitationi creaturae.

Ad 2um dicitur entia supernaturalia sive dicantur participationes divinae naturae quia ut vult Egidius Lusitanus t. 2 de Beatitudine lib. 1 q. 8a art. 3o n. 149 et Suar. infra citandus, a divina natura sunt non solum ut a causa efficienti sed etiam ut a causa exemplari sunt rationis superioris et ordinis divini, ob quam rationem altiorem habent similitudinem cum ea, quam habent entia naturalia quae etiam sunt divinae naturae quaedam participationes, praesertim cum in quibus licet natura creata supernaturalis ad quam ordinantur dicantur accidentia supernaturalia et ideo specialem connexionem habent cum natura divina: sive quia connexionem habent cum vissione Beata quae est aeternitas et immutabilitas participata, id est tanquam dei possitiones quaedam, id est, ut concomitantes, immo ipsius connaturale sit dicere ordinem ad illas, in quo assimilantur divinae naturae, cuius ita propria et connaturalis est vissio Beata et omnino ex parte infinita ipsius Dei; Addo etiam ideo potissime gratias sanctificantes et quae ordinantur ad illas alia accidentia supernaturalia, dici participationes

divinæ naturæ ut faceret nos consortes divinæ naturæ ut dicitur 2 Petri 1, quæ facit nos filios Dei adoptivos, ubi autem intervenit filiatio, interveniat necesse est cognitio naturæ Patris suo modo ut patet in qua cumque generatione nati: Adhuc tamen ut improportionate cognoscant, non requiritur cognitio divinæ naturæ in speciali; sic etiam cognoscunt entia naturalia divina non intellecta, quamvis illis sint participationes, quod bene advertit Suar. tom. 1 in 3. part. disp. 27 sect. 3 § Id dices 1, adducitque exemplum: sicut lumen solis, inquit, est participatio lucis, et tamen videri et cognosci potest non visa luce.

Ultimo ad hanc quæstionem notandum erit longe facilius esse cognoscere possibilitates alicuius entis creati quam ipsius existentias, quia illa non dependet ab aliquo decreto libero Dei, sed habet causas omnino indefectibiles nempe divinas omnipotentias ex parte Dei et non repugnantias ex parte creaturæ: at vero existentia cum a decreto libero Dei pendeat, sine hujus manifestatione illa omnino latebit; idque solum intendit D. Thomas 1 p. quæst. 57 art. 5 corpore cum probat ab Angelis non cognosci mysteria gratiæ per lumen naturale quia sunt dependentia ex sola voluntate Dei, quod intellige in ordine ad existentias ut bene notavit Vasquez supra citatus. Dixi entis creati quia respectu Dei eo ipso quod noverim aliquas in eo per

in

fectᵒ ēe possem; evidenter deduceremq ejus existen
tiam, cum sit evidens Deo actu convenire omes
perfectes possem et imaginabilem, ex quo fit lon
ge facilius eē cognoscere posiris mysterij incar
nationis quam ejus existentiam, quia illa ñ depen
det ab actu libero Dei, haec vero omīo dependet.

Sec. 2ª.

Resolutio quaestionis.

Sit 1ª ccō: ñ potest natali lumine intellus crea
tus evidenter cognoscere mysterium incarnationis
eē impole. ccō ē de fide, eam bene probant
hic Medina q. 2ª introductionis ccō 3, Suar. Ca
brera et alij contra Porphirius, Celsum, Iulianus
et alios apostatas, quos in hac parte bene re
futant S. Iustinus martyr in apologetico contra gentes,
Tertullians contra Praxeas, Methodius contra Porphi
rius, Origenes contra Celsus, et alij quos refert Mi
chael de Medina lib. 1º de recta in Deum fide
cap. 4º. probatur breviter quia quod falsum ē ñ po
test demonstrari aut evidenter cognosci ut verus,
cumq de fide sit factam fuisse incarnationes et conse
quenter eē possem, ñ potest ejus impossibilitas demons
trari. Dices, quod rones quae contra possibilitates incarnationis

à gentilibus et hereticis factu fuere aut fieri posse n[on] ss[?] demonstratur, cum ut similiter docet Leo 10[us] in decreto de immortalitate animae rationalis, verum vero minime contradicat: Licet mysterium incarnationis sit supra lumen naturale intellectus creati, non contra illud, cum ejus author sit idem Deus qui et lumen fidei infundit. Quare solubilia esse omnia argumenta contra hoc mysterium de fide est, longeque à veritate abesse, cum a vero non possit sequi falsum.

Quod autem intellectus noster rem hanc non capiat, haereticis argumento esse non debet ad inferendam ejus impossibilitatem, cum non evidens sit Deum plura cognoscere quam nos, evidensque esse plura posse facere quae homines non cognoscunt, alioquin Deus non haberet infinitam scientiam aut potentiam, cum tamen esse Dei perfectiones lumine naturae demonstrent. Adeoque si vi luminis naturalis posset demonstrari impossibilitas incarnationis, non posset hoc mysterium esse evidenter credibile, quod esse alibi diximus illud quod est evidenter impossibile esse evidenter falsum et consequenter nequit esse evidenter credibile.

Quantopere autem plures Ethnici hujus mysterii, postratati[?] .i. ex levissima quadam notitia subodorati ut verisimili adhaeserint lege Medinam lib. 2° de fide cap. 9° et Eugubinum lib. 1° de perenni philosophia cap. ultimo, de hac materia Castillan[?] et hoc

mysterius lege Bellar. t. 1.° lib. 1.° de Xpo cap. 11.°
Salmer. t. 2.° tt.u 29. Barradas t. 1.° concordiæ
lib. 8.° cap. 25. et alios. Quare quia ex diffi
cultate cognoscibilitatis hujus mysterij respectu intellectus
creati ejus possibilitas impugnaretur, stolidum est, cum
plura sint naturalia et absconditissima, quæ à nobis non ca
piuntur: Unde merito magnus Basilius cuidam simili
morbo laboranti viginti questiones proponit de formi
ca epistola 168 ad Eunomium, quas cum à nobis sol
vi non posse viderimus verecunda humilitate capti ad
capiendis humano captu divinis mysterijs non contra
hamus: concludit idem S. Doctor; si scientia minu
tissimæ formicæ non es assequutus naturam, quomodo incompre
hensibilem Dei potentiam imaginatione tua comprehensam
esse gloriaris? ita scilicet ut preterea quæ capere po
tes nihil aliud Deo posse sucedas. et Ansel. lib.
de incarnatione Verbi cap. 2.° valde reprehendit eos, qui
(ut ipse loquitur) potius insipientia superbia judicant
nullatenus posse esse, quod nequeunt intelligere, quam hu
mili sapientia fateantur esse multa quæ ipsi non vale
ant comprehendere. Id de hac re inuitapari m. PP. et DD.
Sit 2.ª cl.: Nullus intellectus creatus aut creabilis potest
solo lumine naturali non supponente revelatione aut aliquo
supernaturale fundamento cognoscere evidenter

politiae mysterii incarnationis. ita sentiunt omnes theologi catholici. hanc est urgentissime probant Scriptura, concilia et Patres quatenus uno ore hoc mysterium absconditum et ineffabile absolute pronuntiant respectu hominis et Angelorum, quod non potest intelligi de cognitione supernaturali ut patet, ideo de naturali ex naturalibus luminibus intellectus creati. Isaie 45: Vere tu es Deus absconditus, quod de Deo incarnato explicant plures Patres et cap. 53: generationem eius quis enarrabit? quod de incarnatione eius intelligunt varii Patres. 1a ad Corinth. 2o: Loquimur Dei sapientiam in mysterio quae abscondita est. ad Colocenses 1o: mysterium quod absconditum fuit a saeculis et generationibus idest soli Deo cognitum.

Deinde probatur ex conciliis; in epistola D. Cirilli ad Nestorium, haec est in conciliorum in concilio Ephesino; Unigenitus filius Dei ineffabiliter et incomprehensibiliter factus est homo; et alibi ait inscrutabile esse hoc mysterium. Toletanum 11um; nec ratione colligitur nec exemplo monstratur: si ratione ostendi posset non esset mirabile, si exemplo, non esset singulare.

3o probatur ex Patribus. Dionys. cap. 2o de divinis nominibus ad finem: ipsa Iesu in carne apparitio et ineffabilis est sermone, et ignota intelligentiae ipsi antiquissimorum Angelorum primati non cognita et ibidem appellat hoc mysterium ex Hierotheo,

ro

nominatus omne supereminens nomina. et ideo Dionys. epla 4.a ad Cajum ait hoc mysterium p. negationes potius explicandum esse quam nobis quas p affirmationes. Aug. t. 2.o epla 3.a ad Volusianum de hoc mysterio ait; Fateamur Deum aliquid posse quod nos fateamur investigare non posse. Chrysostom. t. 2.o homilia 4.a sup id invenit e[st] in utero habens, ait; excedere res cumulus furoris, qui putant ineffabilem incarnationem l. cogitatione nostra investigari posse l. vocibus indicari. Damascenus lib. 3.o fidei orthodoxae cap. 1.o circa finem ait, hoc mysterium nec verbis ullis exprimi, nec mente comprehendi posse: et cap. 5.o circa initium ait, incarnationem esse arcanam et omnem mentis aciem et captum superare. Innumera alia PP.um et DD.rum testimonia reperies super illa verba Matthei 16, Caro et sanguis non revelavit tibi &c. egregie tamen justinus Martyr lib. de recta fidei confessione postquam dixerat hoc mysterium esse ineffabile et quasi inintelligibile, subdit non ideo desistendum esse ab inquisitione et studio illius; ut non solum credamus id etiam quantum Deus dederit intelligamus.

Accedit et ratione efficax etenim lumen naturale, l. deberet cognoscere tale mysterium p speciem propriam et hoc non, quia nequit lumen naturale habere naturaliter speciem propriam rei supernaturalis; aut p species alienas verum; et p. has potius abducerent intellectum a tali assensu pbr. rone 1.o

cum oes similitudines creaturas mutat. es continant
que repugnat Deo. Deinde l. deberet intell.
cognoscere incarnat. es nr. de facto in persona Verbi
facta fuit, et hoc modo nequit cognosci, nisi eviden-
ter etiam cognoscat mysterium Trinit. s quod tn certissime
non posse natli lumine cognosci; l. siprout dicit
unionem ne creatam cum persona Dei abstrahen-
do ab hac l. illa, et sic ita non posset intell. naliter
consequi quo pacto Deus uniat. humanitati sine propria
mutatione; restat ergo intellectus creatus nali solo
lumine ductus non posse penetrare tale mysterium
evidenter cognoscere: imo neque aprehensio-
ne complexa evidenti illud posse aprehendere,
quia ea proxime disponit ad judicium evidens.

Et sic dicit sequitur primo quod ratio nali ex se nec probi-
cat hoc mysterium possibile nec impossibile, cum nec habeat
principia ad illud inferendum, nec inveniat claras
contradictiones aut destructiones suorum prior.: Unde
bene docent theologi cum D. Tho. 1.o contra gentes
cap. 7 misteria nostrae fidei non esse contra naturam nec contra
rationem, sed supra naturam et supra rationem et praeter omnem
rerum ordinem. Secundo sequitur male sensisse aliquos
recentiores apud Vasq. t. 2.o in 1am partem disp. 214 cap. 3o
n.o 14 asserentes mysterium incarnationis esse quidem supra
naturale, posse tn ab Angelo naliter cognosci abstractive
an sit possibile, quia Angeli cognoscunt extrema hujus unio-
nis, nempe naturas humanas et Deum, cum igitur non impli-

cet

cet talia extrema uniri, recte poterit ab Angelo talis
unio ut poss. cognosci: 3 quo bene arguitur Vasq.
cam et fribolas ronem, ex eo n. q. Angel. cognoscat
extrema, n. sequit intelligere oia que inter talia ex
trema n. implicant 3dict. es. saltem si sint in ordine ad
poas absolutas Dei, cum n. habeat prius aliq. nale
unde ea deducere possit.

Sec. 3a.

Arguta 3a dicta et solutiones.

1us arguit. e Valentie qui t. 4 disp. 1a q. 1a puncto
2o cc 2a secedit posse naturr cognosci euidenter posse
incarnationis 3ditionali tn et impfecta notitia; probat,
q. oe illud euidenter pole quantus ipsi de eo naturr
cognoscimus, in quo euidenter defendere possumus nul
las implicare 3dictes, sd tale e hoc mysterium; q. Ma.
minor pbr q. possum. euidenter soluere argumta oia
que 3a potitates incarnationis fiunt, q. euidenter
possum. cognoscere ex solo lumine nali talle
mysterium, quantus nos quidem de ipso cognoscimus
ee pole nec implicare aliquas 3dictes cum oes
difficultes occurrentes et ex infinita pone assumentis
et ex poa obedientiali nre assumptae facile solui possint;
Vnde 3cludit, quecumque arguta 3a fiant, semp posse



nobis assignando deffectus aliquos in ma. l. Ita evidenter doceri non sine prudenti ratione nos facere quod ejusmodi arguta non convincamur, quod inquiri est evidenter arguta solvere ut ipse latius ostendit t. 1 disp. 1a q. 1a parergo ultimo.

Dr. ex certitudine qua cognoscere possumus, nullas esse implicantias in aliquare, cognoscimus ejus possibilitatem, et quia non cognoscimus evidenter ex solo naturali lumine nullas dari implicantias contra possibilitatem incarnationis, ideo illas non cognoscimus evidenter ex solo naturali lumine: et quamvis evidens sit omnia arguta contra possibilitatem incarnationis solvi posse aliqua solutione probabili, non est evidens solvi posse solutione evidenti, quod requirebatur ad cognitionem evidentem possibilitatis. et id intendit Suar. t. 1o in 3am partem disp. 3a sect. 1a post 2as ce ad 2um, ubi ait non posse ita solvi arguta ut convincant falsum assumere aut male inferre, quia id deberet fieri per propria principia quae evidenter ostenderet mysterium esse possibile, haec autem nulla dantur in natura, sed posse solvi negative, hoc est negando fundamenta quae non poterunt evidenter probari: et id est quod communiter docent Theologi asserentes arguta contra mysteria fidei posse solvi a nobis evidenter negative non evidenter positive, quod intellige ex parte materiae argumentorum, nam si deffectus sit in forma evidenter positive posset ostendi; id quod sufficit ut non concludant necessitatem demonstrative. Ex tali autem modo solutionis non

Se

sequitur evidentia possibilitatis ut patet. Quare existimo Valentiam solum intendere posse naturaliter fieri evidentias de eo quod scilicet argumenta contra possibilitatem incarnationis possint à nobis naturaliter solvi aliqua solutione satis probabili, idemque videtur intendere Cabrera 3 p. q. 1ª art. 1º disp. 5ª à n. 49.

2us arguunt. Evidens est mysterium incarnationis esse possibile aut impossibile, cum inter extrema contradictoria non detur medium, sed non est evidens esse impossibile, ergo est evidens esse possibile. Consequentia probatur quia in propositione disiunctiva affirmativa bene valeret tota disiunctiva cum negatione unius partis ad affirmationem alterius, ut Petrus aut est rationalis aut irrationalis, sed non est irrationalis, ergo est rationalis: similiter quod valebit, intellectus creatus naturaliter scire potest mysterium incarnationis esse possibile aut impossibile, sed non potest evidenter scire esse impossibile ut diximus supra sec. 2ª et 1ª, ergo potest evidenter scire ex solo naturali lumine esse possibile. Confirmatur quia mysterium incarnationis est evidenter credibile ergo est evidenter possibile, sicut è contra valet est evidenter impossibile ergo est evidenter incredibile, cum bene valeat ab oppositum consequentis ad oppositum antecedentis.

Respondetur ad argumentum. et probant intellectum creatum evidenter iudicare alteram propositionem esse veram, et nec posse esse utramque veram aut utramque falsas; at non habet prius

n͠ꝫ undejudicet detrare quenas pars sit vͣ: sic
hō cui videt dt̃us valde distans se mouere, sꝫ ꝫe
n̄ discernit an sit homo. ł. Brutus certū in re
alterꝫ detrate ē: q̄ḡ incarnatiō inse n̄ possit n̄
ēē pōlis aut impōlis, tn̄ intellꝫ creatꝫ ex vi lu-
minis n̄alis neutras pꝫ discernit, et quamuis pōle
et impōle aut potiꝫ n̄ pōle inter se opponantᶜ̆ contra-
riē nec admittant medium, tn̄ judicare euidenter
ēē possibile, et judicare euidenter ēē impōle, n̄ st̄ contradic-
toria cum utraq̄ sit pꝫ affirmatiua et ita dat medium
inter eas nempe neutram partem detrare. Ad regulas
vº dialecticorꝫ dr̄, bene valere pꝫ disjunctiua affirmatiua
et negatione uniꝫ partꝫ ad affirmatᵉᵒ alteriꝫ si sensu si
diuisiuꝫ, n̄ vº si sit cpsitꝫ et vaguꝫ, idemq̄ dē suo mō
de chategoricꝫ de disjuncto extremo: simili defec-
tu laborant istæ; dexter ł sinister oculꝫ ē necessariꝫ
ad videndum, sd n̄ ē necessariꝫ dexter q̄ sinister:
intellꝫ euidenter judicat astra ēē paria ł. imparia, sd
n̄ judicat euidenter ēē paria, q̄ judicat euiden-
ter ēē imparia. cum tn̄ possit neutrum euiden-
ter judicare sd de utroq̄ dubitare. euidentia
ḡit intellꝫ in casu pn̄ti ē cā totus disjunctus
ut disjunctus ē, n̄ cā singulas ejus partes diuisiue,
ita ut predicatum alicꝫ possit seorsim applicari, ut
in hac Pᵘˢ currit aut Paulꝫ currit, sd Pᵘˢ
n̄ currit, ḡ Paulꝫ currit, quꝫ ē legitima argutatᵒ
ex n̄ accessione majoris et minoris. Ad 3m. videque
in grati diximꝫ de ratiōne argutandi in ma dipᵉᵉ

disp.e 3.a q.e 2.a sec. 3.a ad 1.us, ubi ostendimus talem ar-
gumentationem ut esset bona debere esse ab opposi-
tio d.a dictorio sequentes, n tm ab opposito contrario
ut in eo argumento fit: et cum id quod in re est falsum
possit esse evidenter credibile, si rationes probabiles
sint pro illo, ex evidentia credibilitatis non sequitur
evidentia possibilitatis propter ibi dicta.

3.us arguunt: intellectus Angelicus solo lumine naturali
potest comprehendere naturam humanitatis attento ad eo illius
potentiam obedientialem ad res supernaturales, ergo et possibilitatem
unionis cum Verbo, consequentia probatur, quia nequit comprehendi
natura alicujus nisi cognoscantur omnes termini quos respicit.

R.r ex eo quod Angelus comprehendat naturam humanitatis
non sequitur quod cognoscat omnes terminos in particulari
potentiae obedientialis, satis est quod in confuso illos cognos-
cat cognoscendo esse elevabilem talem naturam ad effectus
sibi indebitos, nullum tamen in particulari videbit:
imo etiam si aliquos in particulari cognosceret vir-
tute talis cognitionis, non possibilitatem visionis beatae
adhuc ei cognosceret evidenter possibilitatem incarnatio-
nis propter ejus speciales difficultates de quo supra
sec. 2.a et 2.
Addeque neque omnes terminos in particu-
lari potentiae naturalis cognoscuntur ab Angelo ut omnes
motus in individuo et alia ejusmodi, neque id requiritur
ad naturam cujuscunque comprehensionis de quo alibi.
Nota etiam graves Theologos ut Alvar. 1.a p.e q.e 57
art. 5.o disp.e 1.a, Vasquez ibidem disp.e 2.a 4 et alios

docere n cognosci naturr ab Angelo possibilitatem entis supernatu[rali]s quoad substantiam neque intuitive neque abstractive quia est objectum excedens suas vires naturales sed quod cognoscere possibilitatem entis supernatu[rali]s quoad modum ut restitutionis miraculosae vitae, resurrectionis mortui &c. quod alibi ex professo expendere.

Quaestio 3a.

An lumen naturale intellectus creati saltem probabiliter judicare possit incarnationem esse possibilem?

Prima pars affirmat. Ita aliqui Recentiores, cui favent Durandus in 3o distinct. 1a q. 1 no 8o; Valen. et Cabrera citati quaestione praecedenti sec. 3 in 1o argumento. Fundamentum est quia non est cur negetur intellectus creatus solo naturali lumine nulla supposita revelatione posse devenire in apprehensionem hujus quaestionis an sit possibile Deum incarnari; cum multa casu aut studio saepe apprehendamus impossibilia et difficilia: in eo igitur even[tu] intellectus Angelicus v.g. videret rationes pro utraque parte, conaretur solvere argumenta, cum videat divinam potentiam esse illimitatam et supra eam nemo, non est cur nequeat prorumpere in assensus probabiles de possibilitate talis mysterii cum videat argumenta contraria non convincere nec evidenter probari posse impossibilitatem incarnationis. Dicitur 1o quia si Deus tale mysterium proponat supremo Angelo ut circa illud judicium proferat, certe attenta divina potentia et ejus eminentia, potius ab ea

Ita

habet in p.º affirmativas, quas ex limitatione creaturae et vi occurrentium difficultatum in s.º negativas. — Confir. 2.º q.ª ex com. doctrina Theologorum illud ē sc. dendus diuinae. . . ipsoq. q.ᵈ ñ importat manifestat impli catione, sed Angelus clare videt tale mysterium ñ im portare manifestas implicationes aut repugnantias ut patet ex dictis q.ᵉ praecedenti sec. 2.ª c.ᵉ 1.ª q.ᵃ proba biliter judicabit ēe poss. Tum quia facta revelat. de existentia incarnationis intellectus creatus lumine nali inveniet rones probabiles ad illius confirmatione quidem poterit facere ante revelatione cum idem maneat lumen nale. Adde quod cum de mysterio Trinit.ⁱ q.ᵈ difficilius ē cognitu ex dictis q.ⁱ 1.ª id concedunt docti Theologi. — Nihilominus censeo tam ñ posse intellectus creatum ex solo lumine nec nulla supposita revelat.ᵉ devenire in assensus probabiles de possibilitate incarnationis. Ubi docti Recentiores videntur id supponere P.P. et D.D. cum absolute doceant q.ᵉ praecedenti sec. 2.ª c.ᵉ 2.ª hoc mysterium ēe prorsus ineffabile, inscrutabile, abscon ditum et supra captum creaturae q.ᵈ ñ satis probabili ter cognosci posset lumine nali, ñ ita absolute dici ine ffabile et supra nrum captum, multae n. veritates nales dant ur de primo clare vel tantum de quae a nobis cognoscunt evidenter, sed solum exiguo gradu probabilitatis, et tn ñ dicunt absolute ineffabiles aut supra nrum captum, ali quid quod majus danclus ē altitudini tanti mysterii. Ergo si incarnatio intelligatur ut facta ad personas Verbi in particulari, cum ea nequeat intelligi ñ intellecto my sterio Trinitatis ex dictis supra q.ᵉ 1.ª, verior adhuc nra sc.

et illas tenent deffendere omnes illi qui negant intellectum
creatum ex solo lumine naturali cognoscere posse probabili
ter mysterium Trinitatis. Vide Suar. lib. 1° de
Trinitate cap. 11 n° 20 id videtur supponi ab omnibus theo
logis.

Ratione probatur nostra conclusio etenim ad eliciendum judicium
probabile de aliqua re intellectus debet niti aliquo
principio inducente illum in assensum, sed stando in solo
lumine naturali nullum datur tale principium ad assentiendum
possibilitati incarnationis, ergo illi non potest assentiri. maior
est manifesta, cum est natura potentie rationalis, alioquin assen
tiri posset falso ut falso. minor probatur quia imprimis
non datur motivum extrinsecum ex parte alicujus dicentis
ut supponimus: deinde motivum intrinsecum de
bet sumi ex connexione predicati cum subiecto, et cum hoc
mysterium omnino sit supernaturale, non invenit intellectus aliquod
principium naturale ex quo id possit inferre: non ergo poterit
elicere assensum probabilem, atque adeo nullum assen
sum. confirmatur quia ideo in rebus dubiis intellectus heret
nec potest elicere assensum, quia pro utraque parte invenit
rationes et non habet sufficiens motivum ad eliciendum
judicium. 3° sic. quia aliquid secundum se subest
potentie Dei quod a creatura nec probabiliter cognosci
possit naturaliter, hoc non cedit in gloriam talis potentie, dum
modo videtur asserere nihil esse potentie quod saltem probabili
ter non possit cognosci ab intellectu creato ex solo
lumine naturali: quod si aliquid hujusmodi admittatur,
certe incarnatio debet esse cum sit opus ita excellens
et proprium divine potentie.

Dices probari posset, quia si semel admittatur lumine naturali

ad

posse fieri probabiles attentis de potentia tali myste-
rij ab intellectu creato, et aliquid esse principalitate
ad inducens et incitans; certe clarissimi poterit in-
tellectus creatus ita perfectus qui melius penetrando
tale principium determinari in judicium evidens de
tali mysterio, quod tamen ex supra dictis admitti non oportet,
sic enim ex eodem principio tardus ingenio probabilem
elicere esse quia illud male penetrat, et acutus in-
genio evidentem quia bene penetrat. Sed haec ratio
parum efficax videtur cum idem argumentum fieri posset
in visione Dei cujus possibilitas naturali lumine cognos-
ci posse probabiliter docent graves Theologi, et
tamen non ideo admittunt evidenter cognosci posse ab
aliquo intellectu possibili ex solo lumine nati: cumque
evidentia et probabilitas ad tam diversas lineas
pertineant, ex eo quod aliquis intellectus creatus ali-
quid probabiliter attingere possit, non illico sequitur
possibilem esse alium a quo evidenter attingat
connaturaliter; quare rationes supra allatae pro nostra esse suffi-
cientes. Argumenta haec rationes similiter probant im-
plicare aprehensiones complexas proxime dispo-
nentem ad tale judicium probabile, solumque quod potest
erunt aprehensiones aliquae imperfectae cum etc his
meras possimus aprehendere et alia ejusmodi:
idemque suadent de quocunque intellectu ex possibili. —
Ad fundamentum oppositum respondetur; ex eo quod Angelus
videat divinas operationes esse illimitatas, potest colligere
non implicare possibilitatem incarnationis ex defectu pop

in Deo, quod nec est omnibus impossibile: at statim occurret aliis par° an ex parte effectus detur repugnantia, in quo tot difficultates occurrent ut in aliquibus non procumbat: quod autem non videat evidenter repugnantias, non sufficit ad judicandum possibile esse, requiritur non praeterea positivum fundamentum ad id judicandum, credo summum inde colliget se non videre repugnantias, ignorare tamen an in re illa detur, ipsumque lateat. Ad 1am confirmationem Respondetur in eo casu vel judicaret Angelus impossibile esse tale mysterium propter difficultates quas in eo invenit, vel quod prudentius foret neutras partes declararet sed suspenderet judicium. Neque hoc est extenuare aut deprimere lumen naturale rationis sed ostendere veras excellentias mysterii incarnationis.

Ad 2am confirmationem Respondetur ex eo quod Angelus videat non esse evidenter implicare contradictionem mysterium incarnationis, solum colliget non esse evidens esse impossibile, quod verissimum est; at non poterit judicare probabiliter esse possibile, quia nullum fundamentum positivum ad id invenit, et ita suspendet judicium. Ad probationem consequentis dico via confirmationis facta jam revelatione de existentia incarnationis bene potest lumen naturale invenire rationes probabiles in confirmationem incarnationis, de quo infra: at via inventionis non potest, quia id difficilius longe est cum non supponat revelationem, solum quod poterit argumenta contraria solvere probabiliter negative, hoc est ostendere argumenta contraria non convincere evidenter nec probabiliter possibilitatem.

C.° 4.a

De cognoscibilitate possibilitatis incarnationis supposita revelatione.

1a cc. supposita revelat. de mysterio incarnationis potest naturali lumine intell. creatus assignare rones probabiles et congruentes ad affirmandum et comprehendum tale mysterium, et sequenter argumenta contraria non solum potest soluere evidenter negative sed probabiliter positive. Est certa et cois quam oes theologi docent hic, satisque eam paret ex variis ronibus et exemplis quibus PP. et DD. hoc mysterium declararunt, v.g. de unione animae cum corpore, de ferro ignito, de incisione arboris, de christallo quae solis luce penetratur &c. vide Pererius in locum cap. 1 disp. 2 q. de quo infra. non tamen id poterit evidenter ostendere cum nullum habeat fundamentum intrinsecum naturale unde id colligat.

2a cc. non ex quacumque revelat. aliorum mysteriorum dei poterit etiam probabiliter colligere possibilitatem incarnationis, v.g. ex revelat. ssmae Trinitatis, quia n. hoc mysterium sit excelentius et difficilius, est tamen adeo diversae rationis a mysterio incarnationis, ut ex illo nulla rone evolvantur difficultates occurrentes in hoc, cum ibi non detur aliqua unio quae sine mutatione extremi reddat unitum, quod in incarnatione difficillimum est intellectu. Neque ex revelat. conservationis accidentium sine substantia quia n. inde colligere possit humanitatem posse conservari a Deo sine propria subsistentia; et unde

infusa ipsas personas Dei posse exercere officium sub sistentiae respectu illis: idemque est de aliis proximi myste riis. juvaret tamen revelatio talium mysteriorum saltem remote, quatenus intellectus creatus videns unas naturas di vinas v.g. esse in tribus personis, quod videret repugnare personis naturalibus; et supra easdem omnes accidentia esse sine substantia, colligeret multa esse credenda Deo que superant ordo suae naturae capacis et videns omnia naturalia prius.

3a conclusio: Varij modi sunt quibus intellectus creatus ex lumi ne supernaturali potest habere certas notitias de mysterio incarnationis. i° per speciem supernaturalem representantem tale mysterium .l. visionem beatam alicuius beati ut de facto dat; 2° si Deus ostendat clare se dicere id esse verum, .l. ostendendo vera miracula in confirmationes illius, quo haberet quis evidentias in attestante de mysterio incarnationis: 3° infundendo cognitiones evidentes actus supernaturalis fidei quo crederet tale mysterium. de hijs modis vide que diximus in materia de fide disputatione 3a q. 5a que hic repetenda non sunt. Et quidem omnes Angeli in ipso statu creationis exordio per revelationes cognovere hoc mysterium illudque fide di vina crediderunt. deinde Angeli boni per visiones beatas illud clare cognoverunt. quo tamen pacto Dae mones cognoverint eius existentiam dicetur q. sequenti.

Cap. 5a.

De cognoscibilitate existentiae incarnationis

cus difficilius sit cognoscere existentiam incarnationis quam ejus possibilitatem ex Aug.a dictis, à fortiori nullus intellectus creatus ex solo lumine naturali existentiam incarnationis poterit assequi, cum nec possibilitatem poterit cognoscere. Id ecce occurrit Scotus in 3 distinctione 20 q.e 8a § R et sequentibus, ubi ingrati ostendit omnia mysteria gratiae postquam facta sunt, ab Angelis cognosci optime propria virtute, quas sed late reffert Vasquez 2 in 1 as pte q. 57 disp.a 214 cap. 1o. Recedit ergo, etenim Angelus solo lumine naturali evidenter cognoscit humanitatem Xpi Dni carere propria subsistentia creata cum illam cognoscat intuitive, talis n. modus cognoscendi potest cognoscere rem ut est in se, et inde poterit evidenter colligere talem humanitatem subsistere per subsistentiam divinam, cum videat subsistentiam creatam non posse poni in alieno subito.

Circa solutionem hujus argumenti variant authores. 1o Medina 3a p.te in introductione q.e 2a ad 6um ait Angelus naturaliter posse cognoscere humanitatem Xpi Dni sicut existentiam increatam, (supponit n. id ita contingere de quo infra) non tamen cognoscere mysterium incarnationis quia non cognoscit an humanitas sic existat ut uniat Deo hypostatice, addit enim si Angelus cognosceret humanitatem uniri Deo hypostatice, non ideo ab illo cognosci mysterium incarnationis quod scilicet Deus sit homo, quia, inquit, sanguis et omnia unitur Deo hypostatice et tamen non est Deus. 2o Vasq. 1a p.te q. 57 art. 5o dub. 1o ait Angelus naturaliter videre humanitatem Xpi Dni prout existentem per existentiam Verbi, non tamen cog

noscere ipsas existentias et subsistentias quae existunt et subsistunt. 3º Vazq. sup. citatus cap. 4º nº 28 negat carentiam propriae subsistentiae in humanitate Xpi Dni cognosci ab Angelo naturaliter, quia, inquit, ea carentia provenit a modo per se supernaturali, scilicet, quo ea humanitas unita est Verbo, neque id esse de ratione cognitionis intuitivae quae solum petit cognoscere rem cum propriis passionibus naturalibus, aut certe carentiam, si ea in proximat ex aliquo modo per se supernaturali. concedit tamen cognosci carentias inhaerentiae in accidentibus Eucharistiae ex eo quod talis carentia non oritur ex aliquo modo supernaturali existendi concreto accidentibus, sed ex destructione substantiae panis quae erat illorum subiectum. 4 Denique Suar. hic disp. 3ª sec. 2ª § 8, fin. Angelus quantumvis non viderit in humanitate Xpi Dni subsistentiam creatam, non propterea vidisse aut evidenter collegisse illam subsistere per subsistentiam increatam, poterit enim, inquit, dubitare an illa natura humana sibi esset privata subsistentia, an esset alicui supposito creato juncta, vel certe dubitare an subsistentia illius humanitatis quae connaturalis illa esset, sibi deactuaretur a Deo propter specialem aliquam rationem providentiae suae.

Ex his solutionibus 1ª et 2ª falsum supponunt nempe naturas humanas carere propria existentia et existere per existentiam Verbi, quod impossibile esse infra ostendemus: falsum est et posse cognosci aliquid ut existens quin cognoscatur ejus existentia, impossibile enim est cognoscere rem ut v.g. album quin cognoscat ejus formam nempe albedinem aut talia similia. falsum est etiam cognosci posse humanitatem uniri Deo hypostatice, quin cognoscatur mysterium incarna-

tio

tionis; cum haec sit ipsissima incarnationis definit. ut docet D. Thomas hic q. 2. art. 1. ad 1um; 2o autem de anima et sanguine non predicet Deus, hoc provenit ex legibus communicationis idiomatum, quia scilicet ratis denominatio non tribuitur parti, neque humanitati in abstracto, sed concreto.

3a Solutio Gabrielis Vasquez satis probabilis est: adhuc tamen 4a Suarez probabilior mihi videtur, quare licet Angelus intuitive cognoscat humanitatem Xpi Domini, non videt ex vi luminis naturalis eam humanitatem subsistere subsistentia Verbi, atque alios cum dicitur notitias intuitivas esse clare sicuti est, ita debet intelligi, quod scilicet est rei visum et existens sub rationes inclusas in essentia et integritati ipsius rei visae; et proportionatas facultati et lumini intuendi eam rem, licet non videat sub alias rationes superiores, quare non est de ratione cujusvis notitiae intuitivae trahi ad omnia quaecumque conjungunt cum re visa, et id ita docet communis sententia.

De cognoscibilitate et existentia incarnationis ex lumine naturali supponente revelationes miracula et alia fundamenta supernaturalia, multa interpretes hic: et 1o certum est ex locis Scripturae et demonstrationibus Theologicis aperte contra judeos et hereticos probari posse incarnationem esse factam: imo plana est Sacrae Scripturae praedicatione et miraculis Xpi Domini noscere potuerunt saltem majores judeorum, illum esse verum Messiam; atque id docet D. Thomas 3a parte q. 47 art. 5o corpore, egregie Medina hic q. 1a introductionis 2o demonstrationibus ex Sacra Scriptura contra judeos probat Messiam jam venisse, divinitatem Xpi Domini late ibi probat contra gentiles et hereticos: idem doctissime peragunt Valen. Suar. et alij hic et late Bellar. t. 1. lib. 1o de Xpo. Et quidem ad gentiles ex miraculis et alijs motivis credibilitatis

hoc mysterium sicut et alia erit probandum.

Quaeritur postea Daemones in hac quaestione suggesserint et an plene cognoverint existentias incarnationis (supponimus quod antea certo noverant ejus possibilitatem et futuritionem quae divina revelatione sed non noverint ejus circumstantias) cum Lucae 4° dicatur: Exibant daemonia a multis clamantia et dicentia quia tu es Filius Dei; et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse Christum.

Respondetur et bene Suar. hic disputatione 31 sec. 3a evidenter potuisse Daemones cognoscere Christum Dominum esse Messiam ex miraculis et verbis ejus nisi talis notitia impediretur a Deo, verisimilius est esse non fuisse impeditam (quamvis tempore infantiae fuerit impedita de quo vide D. Thomam 3a p. quaestione 29 art. 1° ubi affert Ignatii martyris celebre testimonium de matrimonio Beatae Virginis cum Joseph hominibus ut partus ejus celaretur Diabolo). et ita id evidenter cognovisse sed mysterium et effectus mortis et passionis Christi Domini non plane cognoverint, sed non intellexisse ejus mortem si scirent damna quae inde illis proventura erant, de quo vide plura apud interpretes loco citato Lucae. quod vero jam Daemones id clare cognoscant certum est.

V. autem Beata Virgo in hac vita evidenter talis abstractive cognoverit hoc mysterium sicut et alia; affirmativa pars videtur tenenda, quidem aliquis affirmativa fortasse est securius est de quo alibi; vide Suar. t° 2° in 3am p. disputatione 19 sec. 4a ubi ait die incarnationis et aliis quibusdam Beatam Virginem in

hac

hac vita vidisse Divinas essentias ac proinde clare cognovisse incarnationis mysterium, vide eum Morales in Matthaeum 11 n° 8.



Utrum incarnatio sit possibilis?

Cum ab actu ad potentiam evidens sit consequentia, et de fide sit jam de facto hoc mysterium peractum fuisse Joannis 1: Verbum caro factum est, nihil de possibilitate discutiendum restat, cum ea omnia quae in hac materia dicenda sunt satis probent, sed tangam brevissime aliquas difficultates quae ab ethnicis philosophis contra ejus possibilitatem objici possunt, sequens in hac parte D. Thomam et Scotum qui initio 3 partis hanc quaestionem ex professo tractarunt. Ex triplici igitur capite contra omnia argumenta peti possunt, 1° ex parte personae assumentis, 2° ex parte naturae assumptae, 3° ex parte unionis.

Ex parte personae assumentis difficultas insurgit 1° ex eo quod Deo indecens sit incarnari, cum exinde sequatur subjectari mortalitati et peccato; 2° ubi non datur proportio non datur unibilitas, sed finiti ad infinitum non datur proportio ut docet Philosophus, ergo nec unibilitas, ac proinde non poterunt inter se uniri creatum et increatum cum magis distent inter se quam contraria; 3° si Deus posset incarnari posset pati, cum incarnari passionem dicat, sed Deus non potest pati cum nihil habeat potentialitatis, sed quod exerceat rationem actus respectu creaturarum, ergo non potest incarnari. 4° quod omnibus modis est perfectus non potest alteri uniri, unio enim dicit actum et potentiam, sed Deus est omnibus modis perfectus, nullam Ex 1 capite

q addit cst perfectionis admittere potest, qd non potest alteri uniri, praesertim cum Deus non habeat potentias obedientialem ad unionem, sed quidquid agit perfectas sibi naturalissimas praestat. 5° quia cum opera Trinitatis ad extra sint indivisa et quod quidquid una persona facit faciat altera, non videtur quo pacto una persona possit incarnari non incarnatis aliis, ideo omnes tres personae debeant efficere incarnatas.

Resp. ad 1um Deus assumpsit naturas humanas non tamen peccatus, nec ideo inse manent mortalis, quod certum hoc modo Deus assumat naturas creatas non ex necessitate sed ex liberalitate, non dedecet Deum ut infra ostendet, quin et Homerus in Odicea cecinit non esse immortalibus Diis indecorum homini induere naturas ut ab erroribus servent homines. Ad 2um Resp. D. Thomas citatus, proportio sumitur dupliciter, 1° pro certitudine mensurationis duarum quantitatum, quae dicitur proportio geometrica, et talis proportio non potest esse nisi duorum finitorum, et de hac loquitur Philosophus. 2° modo dicitur proportio habitudo ordinis ut inter materias et formas, et haec proportio dari potest inter finitum et infinitum, alioquin Deus non posset concurrere ad productionem creaturarum, et hoc modo datur unibilitas inter creatum et increatum, quae licet interse in genere entis magis distent quam 3a ratia, non tamen in genere unibilis, et ita ait Scotus ad 3um esse quod des magis diversa, non tamen magis repugnantia.

Ad 3um late Resp. Scotus citatus § Ad 4um dico, incarnationi ut est actio transiens correspondere passionem,

et

ter hec se tenet ex parte humanitatis, significatur per hanc vocem assumi; at verbum non significare passionem prout se tenet ex parte Dei, quia Deus nullam in se mutationem recipit, et ea est causa quare non mutatur per incarnationem, licet incipiat esse homo quod antea non erat. Nec placet quod ait Valen. hac disp. 1. q. 1. puncto 2. § igitur post rejectas varias solutiones sextam idem. Deus non mutari quia erat prius eminenter id quod capitulo statuitur, sic enim anima mutationem recipiendo intellectus in se statuitur, quem tamen in sua substantia eminenter continet de quo plura infra. Ad 4um Respondet D. Thomas illud quod est perfectius omnibus modis non uniri alteri ad acquirendum aliquam perfectionem sed ad communicandam, et hoc pacto Deus unitus est creaturae. Ad 5um bene rem explicat Salmeron tomo 2o tractatu 26 pag. 257, adducitque exemplum D. D. Venturae: sicut, inquit, si tres sartores vestem conficerent eamdem unius tamen eorum induendam applicarent, sic licet tres personae divinae in hoc quod est efficiere aeque concurrerint ad incarnationem opus, tamen in genere terminis sola persona Verbi concurrit, et ita illa sola unita est humanitati, et consequenter Pater et Spiritus Sanctus omnino extrinsece concurrerunt ad humanitatem. Verbum autem concurrit quasi intrinsece per unionem substantialem, vide infra ad finem quaestionis. legi etiam poterit de hac difficultate S. Ansel. lib. de incarnatione Verbi cap. 4o.

Ex parte termini assumpti occurrit difficultas quia non poterit subsistere per subsistentiam increatam cum illi accommodari non possit, sicut ea de causa non potest ubicari per ubi increatum aut intelligere per intellectum increatum. ex 2o capite.

2.º q.ª pateret violentias si privaret propria sub sistentia, at à Deo n. potest inferri violentia creaturę, si n. pateret violentias tento subsis tentias equivalentes e minus pfecta quas illa que sibi debet, ita habendo subsistentias increa tas que magis in infinitum pfecta e quas sub sistentia illi 9natalis, q.ª p defectus ergo exces sus violentia causat, sic aer violentias pateret nullum habendo calorem aut summus habendo calorem.

R.r ad i.us eas subsistentia increata eminenter 9tineat bes creatas recte poterit illas vices supple re, sicut in alijs eventibus supplet officia creaturarum, sola autem subsistentia divina uniri potest crea turę ex infra dicendis, q.ª nulla alia pfecti.º in Deo habet officium proprie tri, at Deus nequit prestare officium causę Fratis. Ad 2.us, actio in pota obedientiali n. causat violentia, humanitas q. p illas uniat verbo, et in 9re subsistentię longe maneat pfectię actuata, nulla dat violentia, que oia suis locis examina bunt ex professo.

Ex 3.º cap.º Ex parte unionis occurrit difficultas, i.º q. unio de bet modificare et mutare utrumque extremum, atqui sola increata, n. potest modificari et mutari, et ita n. potest uniri unione creata. 2.º aut Deus p incarnatus est i. in trinsece homo aut extrinsece; si i.us dicas jas Deus aliquid in se intrinsece de novo recepit, q. nequit fieri sine mutare. si 2.us, Deus erit ho. p denominat.º extrin secas atq. adeo n. p unionem substantialem. 3.º duo entia completa n. possunt uniri inter se nec facere unum, pse præsertim si n. sint ejusdem predicamenti, at p[...]

divina et humanitas sit distantia completa et non ejusdem praedicamenti, cum Deus in nullo praedicamento ponatur, non tamen est potis talis unio.

Respondetur ad 1um id non est neccessarium pro qua cunque unione, satis est si modificet alterum extremum et salvetur in eo suo modo, sic enim unio inter partes entis succesivi illas unit nec tamen in illis subjectatur, idemque est de unionibus partium entis permanentis. eaque est eminentia personae divinae ut possit recipere effectum formalem unionis creatae sine mutatione aut subjectatione illius in se: et ideo D. Thomas citatus ad 1um et 3a parte quaestione 23 art. 6o ad 2um hanc unionem hypostaticam appellat relationem, quae relatio non mutat utrumque extremum sed alterum tantum tempore saltem non vero trium. neque vero intendit D. Thomas ut volunt Thomistae unionem hanc esse fraliter relationem sed esse ad modum relationis quantum ad hoc, et ideo Scotus citatus § de 1o dico eas appellat relationem disquiparantiae. et D. Thomas affert exemplum de relatione quae datur inter scibile et scientiam, quae mutua non est, ideoque Verbum respectu hujus unionis se habet sicut trus respectu relationis quae ipsam illas non mutat. Audi Theodorum Anciranum episcopum in oratione de nativitate salvatoris in concilio ephesino apud Peltanum tomo 6o pag. 944: Non mutata Dei substantia factus est homo, nam non est miraculum quod factum est, si ipse mutationem naturas suscepisset, multae enim apud nos fiunt hujusmodi rerum mutationes. in hoc quod miraculum fecit Deus quod manens quod erat factus est quod non erat &ca.

Ad 2um: Deus per incarnationem dicitur intrinsece homo non quatenus hoc intrinsece denotat intrinsecam receptionem unionis aut humanitatis in ipso Verbo, sed quatenus signat arbitrales conjun

ctiones ex qua provenit Deus n. p. accidens, sed p. se et sub
stantialiter esse hominem, denominatq. unio hypostha
tica Verbum unitum sine eo q. in illo subjectet, unde
cum dr Verbum factum dicitur carnem; n. sensus est
dr de Verbo tantum, ut notavit Deveris incaput 1. ius
ioannis disp. 26 ubi affert varios modos quibus una res
fit alia cum sui mutatione, et alios quibus fit alia res
sine sui mutatione: Cum v.o dr ad Philippenses 2.o
Filius Dei exinanitus p. incarnationem, n. e. sensus fuisse mu
tatum cum dicat Apostolus qui cum in forma Dei esset &c, sed
retenta forma Dei formam servi accepisse.

Ad 3.um duo entia completa p. modum partium n. possunt uni
ri inverse, at v.o si unum afferat p. modum toti, bene po
terunt univi: Verbum itaq. divinum afferit n. ut
pars naturae humanae sed ut totum illius; ideoq. D. Thomas in
3.o distinct. 1.a q. 1.a citata corpore ait Verbum et
humanitatem n. concurrere ut partes ad constituendum unum to
tum, et sublata ratione partis completae Verbi bene potuit deci
resultare unum totum ex Verbo divino et humanitate
q. dr Christus Deus homo; faciunt autem unum p. se q. n. p. ti
nent ad diversa predicamenta et ita dici potest esse ejusdem
predicamenti negative idest n. diversorum. Haec ita
prelibasse satis sit ad majorem sequentium explanationem.

C.o 7.a

U. incarnatio sit facta?

Affirmativam p.o est ut potissimum nostre religionis
fundamentum acerrime tuentur S.S. P.P. et DD.es contra iudeos

ger

gentiles et hæreticos, et ideo a nobis iderit omittendus, ovquestionibus magis scholasticis supra locus. sed advertendum erit quas ex re dixerit Paulus 1.a ad Corinth. 2; hoc mysterium fuisse Iudæis quidem scandalum gentibus autem stultitiam: innumeri n. sunt erro res qui ex illud prodiere: Cherinthus, Ebion et alii negabant esse Xpus Deus Xpus Dominus: Manichei tribuebant illi solum corpus phantasticum, Valentinus corpus caleste, Apolinaris corpus non assumptum ex B. Virgine et carens anima rationali cuius vices supplevisse Verbum ipsum: Arrius aiebat Verbum nihil aliud assumpsisse de natura humana nisi nudas carnes carentem anima. Nestorius asserebat Verbum non esse factum homo substantiter sed solum accidentaliter esse in Xpo duas personas, personam Verbi et personam hominis, ac proinde B. Virginem non esse Theotocon seu deiparam sed hominiparam, qui error damnatus est in concilio Ephesino; Eutiches confundebat naturas dicens per incarnationem Verbi fuisse invicem mixtas et conversas in unam quamdam 3.am substantiam: Ubichetarii realem communicationem attributorum ponunt inter naturas divinas et humanas Xpi Dni, ita ut ratione unionis hypostatica humanitas Xpi Dni v.g. sit omnipotens, omnipresens &. Monotelitæ unam tantum in Xpo Dno voluntatem admittebant. De his et aliis contra hoc mysterium erroribus eorumque confutatione lege Iohannes Coccius lib. 2.o de Xpo salvatore, Bellar. t. 1.o lib. 3.o de incarnatione latissime, Pererius in Ioannes cap. 1 disp. 26, Castrus contra hereses verbo Xpus et alios.

Disputat. 2ª.

De conuenientia incarnationis quoad substantiam et circunstantias.

Cum constet nihil à Deo qui auctore hujus mysterij, nisi optima cum ratione fieri, planum est illud fuisse conuenientissimum: sed ut paratissime rationes reddere illis apud nos hec l. sit. s. pon. ad incerta, hec dis potatur institui, quae tamen breuiore uidet quod ea quae stinere potest contionibus potiusquam questionibus scholasticis deseruiunt.

Q. 1ª.

V. incarnatio fuerit conueniens in ordine ad Deum.

Ut hujus mysterij conuenientia adequatè probetur, separandè in ordine ad res tres ad quos refferri potest: et 1º in ordine ad Deum et cum conueniens duplici modo sumi possit. l. pro illo quod utilitatis affert alicui, quo pacto nihil creatum potest esse Deo conueniens, cum nihil ad extra possit illi afferre utilitatis, nisi solum extrinsecam in ordine ad aliquem finem, l. pro eo quod est consentaneum naturae alicujus quamuis nihil afferat utilitatis: in eo sensu procedit praesens questio.

Resp. D. Thomas hic q. 1ª art. 1º corpore affirmatiuè: Probatur quod ad rationem boni pertinet quod se alijs communicet ex S. Dionys. cap. 4º de diuin. noibus, cum prima, sed na

Dei e. esse bonitatis ex eodem Dionys. cap. 1.° de divin. noib. post medium, q. ad illas ptinet ut se comcet creaturis: Rursus ad rationem summi boni ptinet q. summo modo se creaturae coicet, id hoc fit per unionem hypostaticam incarnationis, ex quo sic concludit, unde manifestus e. q. conveniens fuit Deus incarnari. Loquitur autem ut patet ex contextu de convenientia incarnationis in ordine ad Deum. Litigant magnopere interpretes circa vim et legitimam hujus probationis D. Thomae intelligentiam, et sane si bene perpendant principia metaphysica quae supponit, perspicue elucebit ejus robur et praestantia.

Igitur, ut alibi ostendimus cujuslibet entis creati perfectio e. bonitas ejus in eo consistit q. alijs se coicet sive efficienter producendo aliud sui simile si causa sit univoca, vel dissimile si sit aequivoca, sive materialiter sustentando in se formas, sic materia se coicat formis substantialibus et quantitas formis accidentalibus: sive formaliter exhibendo se alicui tanquam subjecto et coicando illi suum effectum formalem; sive etiam exemplariter aut finaliter ostendendo quomodo effectus debeat fieri aut illius finalizando: nullum enim reperitur ita abjectum accidens q. saltem in genere causae formalis non se coicet alicui ut subjecto dando illi suas perfectiones quaecunque illa sit. ideo ingrati verissimus e., bonum esse diffusivum sui. Deus ergo per creationes se coicaverat creaturis efficienter, exemplariter et finaliter, restabat alius strictior coicationis modus nempe formaliter et unitive, trahendo naturas creatas

et se illi uniendo: hoc fit per incarnationem, ergo, et haec sum-
ma communicatio sui summo bono appetibilissima est:
Deusque fuit valde conveniens incarnatio; quod ita videtur ut subla-
ta incarnatione bonitas Dei intelligatur quasi repressa et coacta
ut flumen rapidissimum quod a cursu suo vim detineret, aut
si Sol cohiberet netantus luminis mundo communicaret, sed
solum eas luminis portionem quas luna vel exigua aliqua
stella diffunderet.

Argumenta autem hac explicatione rationis D. Thomae facile diluuntur.
argumenta que interpretes contra illas ingerunt, utque Angeli
non se communicet alijs, et qualitates non active. Deinde quia videre
est perfectio hominis quod est bonum, et tamen non convenit Deo, ergo non quia
quidque est perfectio boni convenit Deo, que erat ratio D. Thomae;
Respondetur. non in Angelo accidentia se communicant substantiae et substan-
accidentibus, Angelosque se communicat alijs creaturis saltem per
motum localem, et qualitates non active, saltem in gra-
dum ... fratris ut supra dicebamus. Ad alias objectiones Respondet
Vasquez ibi numero 8º. D. Thomas non loqui de hoc aut illo bono
in speciali, sed de bono in universum, docetque Deo con-
venire quod est proprium boni ut bonum est non ut tale bonum est,
at communicari pertinet ad bonum ut bonum est.

Deinde singule divine perfectiones maxime elucent in in-
carnatione. 1º charitas in ea commendatur. Ioan. 3º et ad
Rom. 5º: et autem Dionys. cap. 4º. de divin. nominibus
vis amoris sit in colligando et uniendo, unde Aris-
tophanes apud D. Thomam 1a 2ae q. 28 art. 1º ad 2m
dicebat eos tendere desiderium amantium ut ex ambobus

fiat

fiat unus, ut alter vere dicat, amicus est alter ego, unde
ortum habuit illa fabella Platonis de duobus amicis
qui à Vulcano petierunt ut eos suis instrumentis
et camino refingeret et ex duobus unus faceret.
Hoc mirè prestitit incarnatio ponendo inter Deum et
hominem unionem substantialem ut vere dicatur Deus est homo
et homo est Deus; vide Damascenus lib. 3° cap. 1
2° elucet sapientia in modo remedium conferendi rei iradi
ficillimo, vide Damascenus lib. 3° cap. 27 et Driedonem in
lib. de redemptione generis humani, pulchreque de eare Ber. serm.
1° de annuntiatione. 3° potentia in conjungendo extrema tam
ita distantia; 4° justitia in solutione tanti pretii pro
peccato: 5° liberalitas effundendo omnes thesauros in
uno opere, et ita de aliis attributis, unde ait Paulus ad
Titum 2° apparuit gratia Dei, et cap. 3; apparuit benignitas
et humanitas etc. ideo Apocalypsis 5 dicitur agnus occisus aperuisse
librum signatum septem sigillis quem nulla prorsus creatura
aperire poterat, quia scilicet opere incarnationis apparuere septem
partes precipue divine providentie que sunt septem sigilla
nempe providentia, fortitudo, beneficientia, equitas,
sapientia, potentia, comminatio et severitas, et he sunt etiam septem
lampades que in conspectu throni sunt, legat noster Alca
zar ibi. Meritoque decantat ecclesia in benedictione
cerei sabbati sancti: O inestimabilis dilectio charitatis,
ut servum redimeres filium tradidisti! o certe necessarium
Ade peccatum quod Christi morte deletum est. O felix culpa
que talem ac tantum meruit habere redemptorem! que ideo
dicuntur, quia si peccatum Ade non fuisset, defuisset tanta occa
sio manifestationis ita eximie divinorum attributorum;
sic necessarius est difficillimus vulnus ut manifestetur peritia

eximij chirurgij &c.

Ad illud difficile videtur quia unio D. Thom. et angelici incarnationis opus est summas Dei comunicationes, major n. esset si tres personae divinae incarnarentur, aut si una persona plures naturas assumeret, vel si essent intentiva accidentia decorantia talem naturas creatas quas modo sunt. R.o extensive major comunicatio est possibilis propter dicta, et etiam non intensive quia tres personae divinae simul non sunt perfectiores intensive qualibet seorsim, et ita ex parte personae quae comunicatur ut modi comunicationis non est possibilis major comunicatio absolute; quod autem id fieret in pluribus naturis aut eis intentiva physice gratia et alijs donis, non facit substantialiter majorem comunicationem sed accidentaliter.

Si sermo sit de verbis mis quoque de facto Deus se comunicavit creaturis, omnis comunicationis maxima est incarnatio, quia in alijs verbis ut supra dicebamus Deus se comunicavit quasi extrinsece et mediate scilicet ut efficiens ut finis, ut exemplar ut obiectum visionis &a. at vero in incarnatione immediate comunicat suis plenitudo divinitatis corporaliter, ut loquitur Paulus ad Colocenses 2.o, id est secundum suam substantiam seu ut explicat ibi D. Thomas essaliter, quia alia non opera Deus quasi accidentaliter se univit creaturis, at in incarnatione substantialiter et seipsum immediate exhibendo. Ex quibus verbis aperte concludetur Deum secundum se et maxime fuisse convenientissimum fuisse incarnari: cur autem convenientius fuerit unam personam divinam incarnari quam plures et eas fuisse personam Verbi, infra dicemus, interim videatur Salmer. t. 2.o tr. 26 et interpretes hic q. 3.a art. 1.o ubi Suar. disp. 12 sec. 1.a

Q.o 2.a

V. incarnatio humanitati fuerit conveniens secundum se et in ordine ad universum?

Ratio dubitandi sumitur ex doctrina D. Thomae hic q. 1 art. 1 ad 2um ubi sic ait: Uniri Deo in unitate personae non fuit conveniens carni humanae secundum conditiones suae naturae, quia hoc erat supra dignitatem ipsius: Ad mentem D. Thomae in hac parte obscura esse non potest, sed ita ut ostendit incarnationem non esse convenientem humanitati secundum suas proportionalitatem tanquam aliquid quod ortum fiat ab aliquo intrinseco proprio bonitatis ipsius, non tamen negat fuisse convenientissimam secundum potentiam obedientialem in quocunque sensu, sive conveniens sumatur pro utili sive pro decenti, itaut merito possit exclamare humanitas assumpta in laudes unionis hypostaticae; venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, haec bona enumerant a PP. —

Percurro ea breviter. 1° loco subsistentiae creatae divinam habere in quo liquet quantopere meliorata fuerit humanitas assumpta. 2° summus honor potissimus ut vere talis homo sit Deus, adoretur adoratione latriae, mereaturque infinitum: 3° ut sit caput hominum et Angelorum satisfaciatque pro peccatis de rigore iustitiae et exaudiatur pro sua reverentia ad Hebreos 5. 4° ut habeat in se omnem plenitudinem divinitatis gratiae habitualis, visionis beatae, scientiae infusae, potestatis ad faciendum miracula et aliorum supernaturalium donorum, quorum immensitatem nec Angeli quidem mente capiunt. —

In ordine ad alios etiam convenientissimam fuisse assumptionem humanitatis per se manifestum est, cum ex eo quod Deus homo fieret factus sit non Angelis, hominibus summus honor inde provenerit, summa utilitas visibilis magistri et exemplaris, gloria gloriae in anima et corpore

unde Ciprianus lib. de cardinalibus operibus Xpi cap. de natiuitate ait; Deus factus fuisse hominem ut homo haberet in Deo unde deberet letitiam habere et beari: 1° in anima videndo diuinitatem, in corpore videndo humanitatem. Planius 3° in ordine ad genus humanum conuenientissimam fuisse incarnationem. quare ipsa optime docet Aug. libro de praedestinatione sanctorum cap. 15 in hoc mysterio ita sublevata fuisse humanam naturam ut non habeat quo altius tollatur.

In ordine ad totius uniuersi conuenientissima etiam fuit; 1° quia hoc modo complentur omnes gradus entis, datur non substantia supernaturalis nempe unio hypostatica, dantur plures naturae in una persona. Praeterea cum iam daretur homo nec ex viro nec ex foemina nempe Adam, et ex viro sine foemina nempe Eua, oportuit dari hominem ex foemina sine viro, et hic est Xpus Dominus de quo vide D. Thom. infra q. 31 art. 4°. Tres etiam creaturae hoc mysterio decoratae sunt, ut indicat Paulus ad Ephes. 1° cum ait; instaurari omnia in Xpo; tum quia homo est mundus paruus in quo omnia ad summam redacta continentur, ergo adeo in natura humana assumpta omnes gradus entis extolluntur: tum etiam quia ex iis rebus orbis accreuit decus et pulchritudo, ut domui ex inhabitatione Regis magni.

Sed age jam rem specialius perscrutemur. Conuenientius fuit naturam humanam assumpsisse quam angelicam, 1° quia si hanc assumpsisset, creaturas corporeas non honorasset, at assumendo naturam humanam cum hoc constet corpore et spiritu utramque naturam spiritualem scilicet et corporeas honorauit. 2° non tota natura Angelica corruerat, et quae corruerat fecerat ex malitia; at tota

na humana corruerat ñ tãs ex malitia qũã ex ignorantia et fragilit.e, unde hanc magis decuit assumere. assumpsit autẽ unus individuus et ñ plura ut unitas aet. cap.is Eccl.e perfectior qm mo narchiẽ vo servaret, ñ tñ assumpsit sexus foemine um ne exaltaret sup.a virilem sexũ imperfectiorẽ, idemq dicerel filius ex divinit.e et filius ex huma nit.e q.d magnus eet absurdi periculud. de his vide plura apud Salmer. t.o 2.o tr.u 26, et ex dicendis magis stabunt.

Q.o 3.a

An incarnat.o fuerit conveniens in ordine ad redempt.es gñis humani.

Prob.te negativa haec occurrunt argta, 1.us qa videtur (contra) divinas liberalit.es, magis n. commendaret bonitas et misericordia Dei si gratis debitus remi tteret hoib, ut id doceamur Mathei 5.o, indeq haberet hõ occasionem magis dilligendi Deum, ut Lucae 7.o di cat, cui plus dimittit plus dilligit, q.o incarnat.o ñ fuit conveniens in ordine ad redempt.es gñs humani. 2.o q.a (contra) sap.ias e ordinare rem majoris pretij in re medium minoris, ut q.o vita xpi Dni sit majoris pretij quas salus hoũs, certe inordinatum videt. illas dare pro hoĩs salute, et filius interficere ut servus redimat. 3.o (contra) justitias e exigere satisfact.es ab innocente qualis

fuit Xpus Dnus et petere majores solutiones quam si debitis, aut quo malitia peccati absolute infinita non videtur æquivum pro illa exigere meritis infinitis operis Xpi Dni. 4o prodigalitas etiam videtur tot labores et vitas profundere pro salute hois, cum vel unica Xpi Dni lachryma ad id sufficeret. 5o videtur dici posset ut genit. pilet. hæc facta est? cum si incarnatio sit medius ita efficax ad salutem, videtur frustrari, aut certe non convenienter applicatus cum etiam plures damnentur.

Nihilominus certissimum est fuisse convenientissimus medius incarnationes ad redemptiones hois, imo fuisse omnis convenientissimus inter omnia possibilia. Rem hanc passim clamant Sancti PP., Aug. l. 13 de Trinit. cap. 10. Ansel. lib. 2o cur Deus homo cap. 18 et sequentib., Der. epla 109 et alij innumeri. Probatur quia nullus aliud erat medius inquo omnia divina attributa magis elucerent, quo nullus aliud fuit convenientius. Antecedens clare colligitur ex Scriptura, ubi incarnatio nunc tribuitur justitiæ, nunc misericordiæ, nunc sapientiæ, nunc benignitati, amori &c.; egregie Ansel. citatus cap. 20: Quæ major, inquit, concordia justitiæ et misericordiæ potest excogitari? quid misericordius quam ut pater æternus peccatori unde se redimat non habenti dicat; accipe unigenitum meum et da pro te; et ipse filius: Tolle me et redime te. quid etiam justius quam ut ille cui datur pretius majus omni debito, si debito datur affectu dimittat omne debitum. Sane per peccatum quodammodo inter se dissentiebant attributa Dei, cum justitia hois pu

ni

mitiores, misericordia ejus reparatores clamaret; sed hac vice bene in concordiam redacta est et quod liber videtur quasi exhaurire suas vires. Sed haec dicta est soluta argutor, magis stabit. ——

Ad 1um R. si Deus non daret nobis quo debitum solvamus res ita esset, at majus beneficium est dare nobis ... ad solvendum debitum et lucrandum, quas gratias Deo solvere debemus, ut patet, majoris inde dilectionis ocasio et obligatio nobis suborit. Ad 2um: Vita et mors Christi Domini non ordinant ad salutem hominis ut ad ultimum finem, sed ad divinas ... et proprias exaltationes, unde nostra salus est finis proximus sed non ultimus: sic essentia ... esse propter operationem et tamen perfectior est operatione, ejusque ultimus finis est ipsa essentia ut perfecta per operationem, unde finis animae rationalis v. g. non est intellectio sed intelligens, quod ... ex anima ipsa et intellectione. ——

Ad 3um: non est contra justitiam quod innocens se ipsum pro peccatoribus offerat ad solvendum debitum, idem exigere ab illo, sicut in humanis juste debitum exigitur a fideiussore, quando debitor non potest solvere: Christus autem Dominus se ipsum obtulit ad satis faciendum pro nobis ad Heb. 10: ingrediens in mundum dicit: hostias et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi; hebrea vox habet: aures perforasti mihi, quod alludit ad cap. 15 deuteronomij ubi servo qui post annum remissionis volebat in domo ... manere, perforabat auris, quod erat signum obedientiae;

seruasti est, ingrediens in mundum, idest in instanti incarnationis, perforasti aures mihi, idest ex filio seruum ex sponte mea fecisti ut per corpus mihi ad id adaptatum satisfacerem pro peccatis hominum. Deinde non est contra iustitiam recipere pretium excedens quod sufficiens dari non potest nisi pretio excedenti, quod in presenti sequitur, cum nulla pura creatura ex infra dicendis potest sufficienter satisfacere: Adde quod id spectabat ad gloriam Christi Domini ut ubi abundauit delictum, superabundaret et gratia ad Roman. 5.

Ad 4um non fuit id prodigalitas sed liberalitas conuenientissima ad ostensionem diuinae misericordiae et charitatis et ad rapienda corda hominum ex oblatione beneficij et liberalitatis; Plurimis quod redemptio quam necessaria erat, oportuit ad maiores gratias redemptoris vide D. Thomam infra quaestione 46 art. 3

Ad 5um dicendum D. Thomas 4° contra gentes cap. 55 ad 7um virtutem Christi Domini esse, sufficere ad saluandos omnes homines, quod autem non omnes saluentur, ipsorum culpae; ad manifestandum autem diuinae prouidentiae oportuit permittere aliqua peccata et defectus et non conferre omnibus efficacias salutis, tum ad varietatem uniuersi, tum ut magis eluceret misericordia quoad electos. Cur autem non plures saluentur quam de facto saluantur, in ijs et similibus quaestionibus ingenuo non datur optimus, recurrendumque est ad diuinas ordinationes, cuius ratio est pro ratione voluntas.

V.^us dictis plura Theologi ad q.^{es} 21, 1.^a partis.

C.^a 4.^a

An incarnat.^o fuerit conveniens in ordine ad circumstantias temporis quo peracta est?

Quae ad q.^{em} hanc pertinent, traduntur à D. Thoma q.^e 1.^a art. 5.º et 6.º, idea ad complementum hujus disputationis videntur pertinere; ea q.^{ue} è summa ejus doctrinae. 1.º n. fuisse conveniens statim ab initio mundi ante peccatum Deum incarnari; deinde nec fuisse conveniens Deum incarnari statim post peccatum: item n. fuisse conveniens incarnat.^{es} differri usq.^e ad finem mundi: c.^a q.^d notandum è, cum haec libere ô Deo fiant, et nulli legi subdat, certe si alio m.^o ea disposuisset nihilominus convenienter ets facta dicerent, et ibi reperiret varias convenientias: quae aut fuerint in eo q.^d incarnat.^o fieret eo tempore quo facta è, bene id expendit à D. Tha interim, nec res difficilis è; sane eo m.^o et hoes erant melius dispositi ad remedium expetendum, ad cognoscendas peccati malitias, temporis q.^e intercapedo erat ad fructus incarnationis dignoscendos.

Peracta igit.^r è incarnat.^o in 6.^a mundi aetate; 1.^a fuit ab Adamo usq.^e ad diluvium. 2.^a à diluvio usq.^e ad Abra

has; 3ª ab Abraham usque ad David, 4ª à David usque ad captivitatem Babilonis; 5ª à captivitate usque ad Xpum Dominum. 6ª denique à Xpo Dno usque ad finem mundi. 7ª aetas est Beatitudinis quae respondet Sabbato in quo Deus requievit: immo Aug. videtur hanc in duas partiri ita ut septima sit glorificatio animae, 8ª corporis glorificatio post diem judicii, vide Vasquez cit. 6º citato.

Haec 6ª aetas incarnationis nunc appellatur finis temporis, 1ª ad Corinth. 10: Nos sumus in quos fines saeculorum devenerunt. Habacuc 3º appellat dimidium annorum; nunc senectus mundi seu vespera, nunc juventus, tum diversas considerationes effectusque ergo gratiae. Appellatur autem ad Galatas 4º Plenitudo temporis, tum quia in eo Deus implevit promissiones factas Patribus, tum deinde ob foecundissimos gratiae fructus legis Evang.

Igitur 6ª aetas ultima mundi est, cujus durationem dimetiri nemo poterit: Inde rejicienda est ut temeraria antiqua hebraeorum traditio asserentium mundum sex mille annis esse duraturum, quorum duo millia priora praecesserunt ab initio mundi usque ad Moisen, alia duo millia à Moise usque ad adventum Xpi Dni; inferunt inde alia duo milia duratura esse tempus legis gratiae: quam traditionem videntur amplecti multi apud Sixtum Senensem lib. 8º Bibliot. annotatione 190, sed si id verum esset, sciremus quantum superest durationis mundi ergo futura esset dies judicii quod tamen dici non potest, sanctio

qui id vident secuti; certe non loquuntur ex propria sua, ut bene advertit Cabrerahic. Vide de his quae ad chronologias potius spectant, vide multa apud Mar. hic et apud Perer. praefat. in lib. 11 in Danielem.

Dices: si Deus incarnaret initio mundi aut in fine mundi, id esset conveniens ante supra dictis, quia D. Thomas hic ait non fuisse conveniens incarnationes fieri in principio mundi aut in fine. 2º quorsum sancti Patres petebant accelerationes incarnationis, si ex divina ordinatione assignata erat tali tempori, cum scirent illas non posse irritas fieri. Respondetur ad 1um D. Thomas solum vult non fuisse ita conveniens incarnationem fieri in fine aut in principio mundi, in ordine scilicet ad finem intentum ea mensura qua a Deo intendebatur; non tamen negaremus si Deus id ita faceret non fuisse conveniens et valde conveniens in ordine ad aliam mensuram finis intenti. Ad 2um Patrus omnes exprimebant ardentem illorum affectum circa tale mysterium, neque irritas vellent divinas ordinationes, siquidem id libere a Deo fieri sciebant.

Disputatio 8.

De Necessitate incarnationis ad satisfaciendum perfecte pro genere humano, ubi de perfectione satisfactionis Christi Domini.

Caput 1.

Utrum incarnatio fuerit physice necessaria?

Quamuis in iis quae pertinent ad operas simpliciter
nihil potuit efficere Verbum incarnatum, quod sine carne
praestare non posset; potuit tamen incarnatum aliquid
facere in aliquo genere, quod sine carne non posset, v.g.
potuit ambulare, comedere et similia, et quod
praecipuum est, potuit satisfacere et mereri, quae praesta
re non poterat in natura propria. Nec tamen ideo Verbum
potentiae est effectum per incarnationem, aut aliquid potestatis
illi additum absolute, quia ea quae solum in carne praesta
re poterat, non pertinent ad operas simpliciter ut
dictum est. Propter hoc merito quaeritur an necesse
fuerit Deum carnem assumere ad reparationem generis
humani.

Deinde non est dubium quin supposita diuina ordinatione
de reparando genere humano per Christum Dominum, necessaria
fuerit incarnatio, tum ex indefectibilitate diuini decreti, tum ex
praescriptione unici medii ad salutem hominis ex praesuppositio, et
id solum innuit in Scriptura cum dicitur actorum 4: Neque enim est aliud
nomen datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. et
cap. 17 dicitur; Deus decreuisse in hoc viro (idest in Christo) omnes
saluare. Propterea certum etiam est ex supposito quod Deus
voluerit optimo modo restituere genus humanum, et ex omnibus
possibilibus meliores elligere, necessariam fuisse incarnationem,
cum ex doctrina dicti disputationis praecedentis quod 3a, incarnatio sit
omnium mediorum possibilium conuenientissimum, et quando omnes
asserunt Deum non solum necessitate morali sed et physica, ex
suppositione intentionis finis, eligere optimum medi
um saltem negatiue in ordine ad illum, secus diuina vo

sumerat, frustraret proneedrius n. heres viri infallibiliter obtinendi finem sub ea oi mensura quas Deus intendit: cum auty p incarnatnem Deus intendat manifestationem suorum attributorum majori et meliori modo possibili ex dictis disp^e precedenti q^e 1^a et 3^a, tenere oio necessario fuit ex tali suppositione Deus eligere incarnationem.

Difficultas ergo presentis q^nis e an praecisso libero decreto incarnandi; absolute necessarius fuerit Deus incarnari, sive previderet hoes lapsuros, sive id n previderet. Affirmativas partem aliqua suadere videntur, 1° q^a etsi hoo n eet lapsurus, posita semel creatione universi, cum Deus sit optimus opifex, n potuit n facere perfectissimum opus quale e incarnatio; atque hec sunt tribui solet Raymundo lullio, quas refert et impugnat Vasquez hic disp^e 1^a cap. 2° et 3° erotaly.

2° q^a posito lapsu hois necessarius oio fuit Deus illum reparare, n auty potuit id alio modo efficere nisi p incarnationem ergo ea fuit necessaria physice saltem ex suppositione hois lapsi.

3° q^a Deus n potest velle aliquid indecens et indignum sua bonitate ac magnificentia, sed nolle hoem lapsum reparare, e Deo indecens et indignum sua bonitate, ergo necessario voluit incarnationem: Minor pbr q^a decens et dignum Deo e reparare hoem et velle incarnationem, ergo e indecens et indignum Deo nolle incarnationem. 4° imprudentie, avaritie et invidie eet nolle hoes lapsus reparare, cum Deus ita facile id posset facere, sicut in humanis Rex l. dominus qui facile posset subditorum miserias reparare, et id nollet, imprudens, avarus et invidus merito reputaretur, sed Deus n potest efficere aliquid q^d vitio tribuat, ergo supposito lapsu hois n potuit n velle incarnationem.

Atque hijs ionibus non modicam vim tribuunt aliqua Patrum testimonia; Athanasius lib. de incarnatione Verbi ejusque corporali ad nos adventu folio 2°; Indecorum, inquit, erat eos qui semel creati erant rationales, penitus extingui, id non indignum erat bonitate Dei sic, si quae ab ipso creata erant, in interitum abirent ob Diaboli adversus homines fraudem: quin imo indecentissimum erat Dei artem in hominibus extingui vel propter eorum injurias vel propter Daemonis imposturam: et paulo infra; Absurdius indecorusque erat ejus opera interire, idque potissimum sub ipsius opificis aspectu. Idem enixe contendit Anselmus toto fere lib. 1° et 2° cur Deus homo, hoc enim videtur praecipue intendere, repugnare Deo alia via aut ratione mundum reparare; lege praesertim lib. 1° cap. 12, 16 et 17 et lib. 2° cap. 4, ubi nihil fere aliud agit nisi ostendere indecens esse Deo non incarnari.

Totam autem Anselmi doctrinam in hac parte his 4 verbis bene complectitur Vasquez citatus cap. 2 n° 14. 1a est; Necesse fuit numerus Angelorum, qui ceciderunt, ex aliqua natura creata suppleri et restaurari: id probat Anselmus quia indecens Deo foret ac proinde impossibile numerum Angelorum, qui creaturae perfectissimae sunt imperfectum perpetuo relinquere. 2a, impossibile fuit ex Angelis restaurari: probatque quia si alij noviter crearentur, hoc repugnaret perfectioni primae creationis, et insuper meliores essent qui ceciderunt si perseverarent quam qui de novo crearentur, quia priores perseverassent nulla visa vindicta peccati, posteriores vero post visas vindictas, quod non ita gloriosum est. 3a, ex natura humana potuit et debuit talis numerus suppleri; probatque eum non debuisse reparari ex Angelica, et nulla alia natura esse rationis

capax nisi humana, ex ea debuit reparari: q, n
nisi satisfactione exhibita pro peccato in ipsa nã
humana assumpta à Deo reparari potuit humana
nã, ut ex illa talis numer. Angelor. restauraret;
Probatq. indignus atq. adeo impole é Deo relinque
re culpas absq. ulla poena, ideo necesse fuit aliquas
pro peccato hois condignas satisfact. offerri, cum q.
hanc n posset offerre hõ pro se ipso, et insup deberet
offerri subeundo mortem, quas Angelus in se n pote
rat subire, necesse fuit ut Verbũ fieret hõ et in
ña humana mortem subeundo hõe redimeret et
Angelos repararet. hec é tota Anselmi mens
et discurs. in utroq. libro. Plura alia affe
rri poss. PP.us testimonia in eo q.te quatenq. testant
indecens Deo fore n reparare hõem lapsum; cum
aut manifestus sit Deus physice necessitatus ee ad
n faciendus aliquid absurdus, indecens et se in
dignus, ex hor. PP.us testimoniis videt. convinci
incarnat.es fuisse a Deo volitas necessit. physica,
sicut necessit. physica vult v.us dicere, q.a indecens
é illi mentiri, quo exemplo mentem suas decla
rat ipse Ansel. lib. 1.o cap. 22 litera D.

Nihilominus sto certa sa é incarnat.es neq. ante praevisum
peccatus neq. post praevisus fuisse volitas à Deo necessit.
physica. hec ci.o ex fide debet ee certa, cum ex fide certus
sit Deus agere extra se ipsus n nã et necessit. sed voluntat.
et liberè, deque plura theologi 1.a p. q.te 19, ubi Vasq. disp. 81.

cap. 1, et Suar. in opusculis relectione de libert. divina disp. 1 sec. 2ª n° 23. Pbr ex illa Sapie 12; quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti; ideo Ioan. 3° incarnatio tribuit maxime Dei charit. et benevolentie; sic Deus dilexit mundum &c. ad Rom. 5; commendat autem charitatem suam Deus &c. psal. 93. Deus ultionum Dominus Deus ultionum libere egit, et hujusmodi plura passim. Idem etiam clare docent PP.es Aug. lib. de agone Xpi cap. 11 ait: Stulti qui dicunt, non poterat aliter Sapia Dei hoes liberare, nisi susciperet hoem; et tom. 3° lib. 13 de Trinit. cap. 10 ait tamen nos debere asserere modum incarnationis fuisse bonum et congruum, ut ostendamus non alium modum potentiam Deo defuisse, cujus potestati cuncta aequaliter subjacent; sed sanandae nostrae miseriae convenientiorem modum alium non fuisse nec esse potuisse. Leo Papa serm. 2° de nativit. cap. 2°; Verax, inquit, misericordia Dei, cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum consulendi viam elegit. Vide plura alia testimonia quae afferunt Valent., Suar., Vasq., Medina, Cabrera et alij hic.

Ratione pbr manifeste, et in primis eius adducitur universi si non requirat simpliciter mysterium incarnationis, ideo quod Deus voluerit creare mundum, nulla necessitate physica tenebatur ad incarnationem. Deinde ad reparationem hominis lapsi non erat simpliciter necessaria, cum alijs innumeris modis posset Deus illum reparare, vel per condonationem sine gratuitam, vel dando dignitatem capitis et redemptoris alicui creaturae, quocumque modo id fieret; sed certe non tene

bat redimere hoem, quem n. libere condidit, libere redimit, et sicut Angelos qui corruerunt, sine remedio in aeternum reliquit, ita poterat et genus humanum sine reparatione sinere ee aut aeternis cruciatibus mancipare, ad ostensionem sui supremi dominij et independentiae à creaturis. Verum haec magis ex dicendis stabuntur.

Ad argumenta pro opposita parte Respondeo. Ad 1um, ex eo quod Deus sit optimus artifex, sequitur quod faciat optimus omnia optimo modo; modus autem optimus respectu productionis ad extra est ut faciat libere quia nullius creaturae indiget, atque ita nihil creatum producit ex necessitate physica. Ad 2um dicitur, posito lapsu hominis, non erat aliquod caput unde Deus necessitaretur physice ad illius redemptionem, nec ad tales modus redemptionis, unde absolute potuit ab utroque abstinere, in quo eius felicitas nulla ex parte minueretur. Ad 3um, licet Deo non ita deceret hoem sine reparatione relinquere, non tamen esset indecens positive, cum ad id posset habere rectum finem: sic etiam quamvis Deo sit decens et congruus dare premium bonis operibus, si tamen praecisa promissione statuisset nullum premium dare ad ostensionem sui supremi dominij, non esset illi indecens et incongruum, ut bene docet Vasquez 1a 2ae in 1a 2ae disp. 218 cap. 4o n. 36 § atqui observandum. Ad probationem minoris dicitur ee oppositum decentiae et congruo stat dupliciter materialiter scilicet aut formaliter; igitur non incarnatio materialiter opponitur incarnationi quae est decens, non tamen formaliter, hoc est opponitur in ee entis non tamen in ee decentiae, quia licet incarnatio

volita ad redempt. hoīs sit quid decens Deo, tn̄ n̄ in carnat.º volita à Deo ad ostensiones sui Dominij et libert.is ē ēq quid decens et congruum, quamvis sit minus decens, absolute tn̄ n̄ tenet. Deus facere magis decens et congruum, sic decens ē hoēm justus ob bonus finem deambulare, et n̄ deambulare ob aliud bonus finem n̄ ē indecens.

Ad 4.us q id ita contingere respectu hoīs inter se, at multo aliter res se habet inter Deus et hoēs; leges n. prudentiæ divinæ cum supponant Deus nullis creaturæ indigens et qui nulla lege tenet. creaturis subvenire, nec sit pars universi sed illius supremus Dominus n̄ hens proprium finem externus, diverso m̄o procedunt: at cum hoēs sint partes hujus universi, tenent. alijs subvenire, illis q indigent. l. ad suus eē l. ad suas reputationem commendationes &c. Unde Deo n̄ posset tribui vitio aut vituperio si incarnar.es noluisset.

S. Dp. p.º citati cum asserunt absurdum eē indecens et incongruum Deum n̄ incarnari, explicandi sunt ita ut velint n̄ eē ita decens et decorus, n̄ tn̄ eē indecens positive; aut eē necessarias incarnar.es ex suppositione decreti: eodem m̄o explicandus erit Ansel. citatq. q Vasq. hic disp.e 1.a cap. 4.º n.º 30 existimet illum non posse apte exponi, benigne tn̄ illud interpretant. Suar. disp.e 4.a sec. 2.a post 2.as es, Valen. disp. 1 q. 1.a puncto 5.º q neq obstat et ad 2.us, et alij: ipse S. Ansel. lib. 2.º cap. 5.º plane facet hanc necessit.es incarnationis, n̄ eē absolute dicendas necessit.es sed

grā

grias, et ad summum solum vult necessit^e morali volitas fuisse à Deo incarnat^{es}, q^d v^{us} e ex alibi dicendis.

Ult^o addo in hac q^e q^d li absolute n. fuerit necessaria incarnat^o, verissimum tn ee q^d addit D. Thas in eodem art^o, scilz fuisse necessariam sm quod est ad melius esse, q^a ex sup^a dictis cum tanta divinor attributor manifestatione nulla ratione poterat homo alia via redimi, unde in hoc sensu ad melius ee physice fuit necessaria incarnatio.

C. 2^a.

V. incarnat^o fuerit moraliter necessaria? P

Incarnat^{es} saltz supposita provisione lapsus hois à Deo volitas fuisse necessit^e morali tuentur omnes illi qui sentiunt Deum morali necessit^e cum libert^e physica semper et infallibiliter eligere optimum, in illis rebus in qq absque processu in infinitum dari potest optimum; intelligunt autz optimum n. separatum ab alijs partibus universi sed attenta tota serie divinor operu presentium, preteritor, et subsequentium, et consequenter cum citra controversiam sit incarnationis opus est optim^{us} attenta presenti serie rer, moraliter n. potuisse n. eligere incarnat^{es}; innumera sl capita ex qq hec veritas roboratur ex SS^{ra}, PP^{bus}, Scholasticis et rationibus, que q^a ad q^{es} 19 i^a partis commodius afferunt, n. repeto sed suppono, eadem n. argumta que in grati probabant Deus

semp velle q optimus e tmo explicato, ida fortiori probant de incarnate que ois optimorum optimus est: sols explicabo qd ad presentes qes de necessite morali incarnationis attinet.

Igit supponendo regulas Aug.ni lib. 3 de libero arb. cap 5; quid quid tibi vra rone melius occurrerit hoc scias fecisse Deus tanquam bonorum ois conditorem. Adde; quidquid tibi in qualibet rerum serie et circumstantia, vra rone n apparenti sols et fallaci, melius occurrerit fore, id scias facturum Deum, ne aliquando audiamus illud ejusdem Aug. t. 6 lib. 1 adversarius legis et prophetarum cap. 14; Usque adeo decipiendus est ut videat homo melius aliquid fieri debuisse, et hoc Deus vidisse n putet aut putet vidisse, et credat facere noluisse aut n potuisse. Nonque e attendendus in presenti quid sit melius in gne entis, sd quid sit aptius et conveniens in quolibet ordine rerum; sic melior e in se intellectus Angelicus quam humanus, et tn homi melior e humanus qua deber uti phantasmatibus, et id dicimus fecisse et facturus fuisse Deus.

Inprimis in quocunque ordine rerum posito et in cujuscunque mundi creatione Deus infallibiliter incarnaret abstrahendo a tali mo incarnationis; hoc tenendum DDres qui docent etsi Adamus n peccasset Deus incarnaturum, de quo infra ex professo. Prob. qa Deus erat necessitatus moraliter ad creandum alicujus mundi ut suppono ex loco citato 1 partis. Deinde infallibilitatem

orat

erat ad creandum universum perfectum quia id decebat tantum artificem, atque adeo constare ex omni genere entium, quare falso asserit Vasquez hic disp. 10 cap. 8 n. 89 Angelos creandos esse etiamsi non crearentur homines, quia inquit Angeli non creantur propter homines, cum sint illis perfectiores: si non Angeli non creantur propter homines, creari tamen debent propter perfectionem totius universi quam Deus intendere debet et cum omnimoda manifestatione divinorum attributorum, quae non poterat dari sine incarnatione. incarnatio respectu cujuscunque universi est moraliter necessaria, ita ut eo ipso quod Deus decrevisset creare mundum, infallibiliter elegisset in illo incarnationem.

Deinde in quocunque eventu Deus assumeret naturam humanam et non angelicam infallibiliter, etiamsi corruente angelica, humana non corrueret. probatur quia in primis in quocunque universo debuissent esse homines et Angeli ut illud perfectum esset: Rursus cum homo constet corpore et spiritu, Deus assumendo naturam humanam elevabat omnes quas entis ut dicto suo disp. praecedenti q. 2ª, et naturae fragiliori opem dabat ac oculis beatificis oculis corporeis, infallibiliter ergo naturam humanam assumeret, non Angelicas. Praeterea infallibiliter persona assumens esset Verbum et solum illud. probatur quia tunc melius servatur monarchia unius capitis, si solum una persona assumat, id autem convenientius est respectu cujuscunque universi: Nulla autem alia persona convenientius assumeret quam Verbum, quia sic commode esset filius Dei et hominis, gratio⟨?⟩ temporalis consonaret aeternae. Pater et Spiritus sanctus cum non generent, non ita commode generationi temporali accommodarent et filiationi degeno⟨?⟩

infra.
fieri infallibile esset unicam naturam humanam assumendam fore non plures. probatur ex majori unitate capitis si natura habeat unicam naturam creatam, nec 2ª ad aliquid convenienter determinet. cum ô 1ªs possint praestari ea quae per 2ªs possent fieri. Infallibiliter etiam Deus ex Virgine carnem assumeret et sine semine virili, quia id magis deceret Verbum. deberet etiam assumere sexum virilem non foemineum propter dicta loco citato, et in rationes etiam probant de poli quoad necessitatem moralem: Et si in universo quod Deus crearet, corruisset natura humana, infallibiliter de massa peccatorum carnem sumeret sed absque peccato, ut medicina melius eluceret. Quod ad tempus attinet, infallibiliter etiam Deus neque incarnaret in principio creationis illius mundi quem Deus conderet nec in fine propter rationes dictas illius praecedentis quaestionis, quae etiam de pote cum necessitate morali extendi possunt, semper in convenientius esset ut clarius pateret infirmitas humana quo pluris aestimaret Dei bene ficiis et magisterium, eas temporis portio tanto mysterio clarent quae commodior erat ad majorem illius commendationem.
Ultimo non incarnaret Deus in carne passibili si homo non peccasset, quia id tunc non esset conveniens, sed in carne impassibili qualem Christus haberet in statu innocentiae de quo plura infra. idemque videtur dicendum etiam si Angeli corruerent homine non corruente, tunc enim si incarnaret Deus ut esset caput hominum et Angelorum, non tamen ut esset redemptor

Angelorum, propter rationes quas PP. probant non oportuisse naturam Angelicam reparari, de quo alibi. Non tamen videtur ita conveniens permittere lapsum Angelorum non permisso lapsu hominis; quia non ita bona servaret proportio in eo universo si quod creaturae perfectiori non concedit, minus perfectae tribuat, et qui tentatores permittit tentandos adimat: et tamen generaliter omnia [illegible] PP. vel theologi inveniunt majoris convenientiae pro iis quas etc alia infallibiliter a Deo fierent, id quod de aliqua dubium est an id tunc foret conveniens, vel non, v.g. an conveniens foret Deum incarnari etiam si homo non peccasset, vel non; ideo dubitasse quid Deus in tali hypothesi infallibiliter faceret, et inter DD. qui docent Deum semper facere optimum quod dubitant quid tunc foret convenientius; omnes tamen conveniunt id quod foret convenientius, infallibiliter a Deo faciendum.

Deinde occurret nobis Boso apud Ansel. lib. 2° cur Deus homo cap. 5° initio: Si ita est, videtur quasi cogi Deus necessitate vitandi indecentias ut salutem procuret humanam: quomodo ergo negari poterit plus hoc propterea facere quam propter nos: ac si ita est, quas gratias illi debemus pro eo quod facit propter se? quomodo ergo nostras imputabimus salutes ejus gratiae, si nos salvat necessitate? R° liberrime erga omnes Deus procedere cum omnimoda libertate physica ea omnia praestare, videlicet praecedenti. R. 4us ubi Resp. Anselmus huic objectioni; Verum vero necessitas moralis impedit beneficii magnitudinem seu extolli; cum ostendat summam Dei propensionem gratiam bonum et beneficentias: sic etiam in creaturis infallibilitas moralis nec tollit meritum in bonis operibus, nec demeritum in malis, cum

incarnationis manet libertas physica.

Addo tandem, etiam in ijs plura esse in quaestionibus moraliter Deus procedit cum summa libertate quoad exercitium et specificationem v. g. quod hunc numero mundum eligat potius quam illum, quod hanc numero naturam humanam assumat potius quam aliam, ex hac numero matre et non ex alia simili, quod incarnetur in tali anno, mense &c. et non in alio, cum tali numero intensione physica accidentium supernaturalium et non cum alia, et sic de alijs similibus in quaestionibus non datur ratio optimi. Verumtamen de divinis consilijs satis sit haec attigisse ne sine consilio procedamus, ni temere in hijs divinemus, quae omnia ex infra dicendis magis confirmabuntur.

temerarium, quia videtur derogare necessitati satisfactio-

nis Xpi Dni; hanc nras Tas docent D. Thos hic art. 2 ad 2um, quem licet Cajet. explicet de hoe puro absq auxilio griæ, cois tn Thomistaru intellexit de hoe exi in griâ. ita Capreolq in 4o distinc.e 15 qe 1a, Sotq Victoria et Medina hic, et clare in-dicat contextq cu ibi asserat purus hoes n posse offerre condignas satisfact.es q adæquaret ad culpas, bene tn imperfectas que habeat efficacias a satisfact.e Xpi Dni; quq de hoe in na pura n posst intelligi; idas tradidit qe 85 art. 3 corpore et ad 2us ejusdem qo partis, et in 4o distinct.e 24 qe 1a art. 1o quæstiun-cula 3a ad 1us; consonant D. B. Ventura, Ricardq, Du-randq, Alensis, Driedo, Vega, Sotq et alij antiquiores quos refferunt et sequuntur hic Suar. disp.e 4a sec. 9a, Va-lentia disp.e 1a q 1a puncto 5o § 7o quæritur, Cabrera disp.e 1a n 11, Beltranq de satisfact.e Xpi cap. 7, Albertinq in 1o pto philosophico qe 18 theologica corolario 28 difficult. 3a dubitat.e 5a et cæteri Recentiores.

Pbr 1o ccl.o ex Scra Oseæ 13: Perditio tua Israel ex te, tantummodo in me auxilium tuum; idest solq potes in pecca-tum incidere, ab illo autem resurgere solq n potes; ideo ego solq te possum a cæno culpæ extrahere, ad Rom. 3o Omnes peccaverunt et egent glâ Dei; hoc est ut ibi explicat Sa, egent misericordia seu griâ q qua Deq glorificatur. et ibidem dr: ex operibq legis n justificabitur (ci) caro coram illo, et infra: justificati gratis p grias ipsius; ita et in gratis oia loca Scre, que signant opera oia peribq eo facta ex griâ n esse p se sufficientia ad merendam condignam remissiones culpæ mortalis, ideas dari gratis

ex misericordia p. Iesum Xpum, eandem ee suadent, videant PP. et expositores ibi: Agregie [illegible] loquit[ur] Tridentinum ad hanc rem sess. 6a cap. 8o explicans predicta verba Pauli justificati gratis &a ubi ait: Nihil eorum quae justificationem praecedunt, sive fides sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur, scilicet de condigno quod absolute e meritum. Loquitur autem de operibus supernaturalibus ex auxilio gratiae factis de quibus egerat cap. 5 et 6. —

2o hanc veritatem probant plurima PPum testimonia asserentia ideo necessariam fuisse incarnationem quia condigna satisfactio pro peccato non poterat offerri a pura creatura; sic Sanctus Leo sermone 1o de nativitate post medium: Nisi esset verus Deus, non afferret remedium, nisi esset homo verus non preberet exemplum. et sermone 13 de passione Domini ante medium: quia nulla merita conditionem poterant illare mortis evincere, venit e celo medicus singularis. Sanctus Fulgentius de incarnatione et gratia Xpi cap. 4o ad finem: Nullatenus humana natura ad auferendum peccatum mundi sufficiens atque idonea fieret nisi unione Verbi Dei. idem docet Aug. tomo 3o in Enchyrid. cap. 108 initio et alibi saepe. Basil. homil. 13 in illud psal. 48 frater non redimet, redimet homo, non dabit Deus placationem suam. Ansel. lib. 2o cur Deus homo cap. 6o; non potest hanc satisfactionem facere nisi Deus, et infra; necesse e ut de hominibus perficiatur illa suprema civitas, nec hoc fieri potest nisi fiat predicta satisfactio (scilicet perfecta) quam nec potest facere nisi Deus nec debet nisi homo, necesse est ut faciat illam Deus homo. Multa alia similia testimonia congerunt authores citati quae tamen [illegible]

disp.e 4 sect.e 2 a et 3 a et Pelrang citati. in afferenda vero legitima
ratione eius magnopere variant DD. quare idea professo sect.e
seq. examinabitur.

Sect. 3.a

Quaenam sit legitima ratio quare pura creatura non
possit perfecte satisfacere pro peccato mortali.

1 Aliqui probant praedictas conclusiones ex eo quod peccati malitia
sit infinita, bonitas autem actus pure creaturae finita,
ac proinde nequit pro illo satisfacere ad aequalitatem. Id
probant ex infinitate Dei contra quem est peccatum, et ex eo
Deo sint infinitae perfectiones, contra quas illud est, et infinitae bonitates
propter quas impium est Deum offendere, ex his omnibus infinita
malitia colligitur privatur infinito bono nempe Deo ut
ultimo fine: idem etiam colligunt ex infinita duratione
poenae damni et sensus quae illi debetur. Confirmant quia
peccatum mortale ex se est destructivum Dei, nullus autem
actus bonus est ostructivus Dei; illud ex se est strictativus
Dei, et qui vult peccare, virtualiter vult Deum non esse
cuius destruat dignitatem ultimi finis in creatura. pro hac
sententia solent citari D. Bonaventura, Alensis, Ricardus, Ioan.
de Medina et alii citati sect. praecedenti.
Haec tamen ratio supponit falsum nempe malitiam pecca-
ti mortalis esse absolute infinitam, re enim vera habet ma-
litias non solum minorem bonitate divina sed etiam simpliciter
finitas et solum infinitas secundum quid, de quo in materia de
peccatis, et id innuendo D. Thomas hic art. 2 o ad 2 us
cum ait peccatum ex eo quod sit contra Deum, habere quandam

infinitas, idest infinitas secundum quid: quo etiam paritate dici potest actus charitatis habere bonitatem infinitam secundum quid ex eo quod respiciat Deum pro obiecto. Respondetur igitur ad infinitam malitiam simpliciter non sufficit quod obiectum sit infinitum, sed requirit quod proveniat a persona parte cum infinita advertentia et motu infinite intenso, idemque est de infinitate meriti: cum quod peccator peccet ex finita advertentia, intensione finita et motu finitato, non consequitur infinita malitia absolute. quod vero peccatum sit contra Deum infinitum et infinitas ejus perfectiones, cum id faciat finita advertentia finitam malitiam consequitur, neque privat Deo secundum se sed Deo ut participato modo finito a creatura nempe actus honestas finitas in cujus honestatis privatione peccatum consistit. poena autem damni et sensus durat in aeternum quia non supponit subiectum capax remissionis, tamen finitam intensionem habet cum altera privet visione finali finita, altera malum sensus finitum inducat. sicut igitur ex infinita duratione visionis Dei non sequitur in beato justo meritum fuisse simpliciter infinitum, ita ex infinita duratione poenae in damnato non sequitur illius peccatum habuisse infinitam absolute malitiam.

Ad confirmationem dicitur peccatum nullam habere vim destructivam Dei nec illi nocere posse iuxta illud Iob 35: *Si peccaveris quid ei nocebis*: cum enim dicitur peccatum destructivum Dei non intelligitur reipsa et effectu aut affectu efficaci, quia a peccante cognoscitur id esse impossibile, quod autem dicatur destru-

tiuus Dei ex simplici complacentia inefficaci ut bene ex
plicuit Albertinus infra citandus: cum ea possit dari
esse impossibile et interpretatiue affectiu quatenus ita se gerit
ac si vellet Deum non esse ultimum finem, nec sufficit ad ma
litias infinitas, cum malitias minuat etiam in humanis
si quis actus damnificans faciat contra alium, cui tamen certo sciat
non esse nociturus: Nec satis ostendit quare propter
id solum non possit aequivalere actui charitatis diligentis
Deum ut ultimum finem: cum non dicitur peccatum esse
contristatiuum Dei ad Ephes. 4°: Nolite contristari
Spiritum sanctum. Locutio metaphorica est, eodem sensu modo
dici posset Spiritus sanctus laetificari per bona nostra opera. —
Et quidem illud aduertendum est quod sicut implicat
Deum destructibilem esse, ita implicat peccatum se esse
esse destructiuum Dei; ubi enim impossibilis est potentia passiua
impossibilis est potentia actiua quae illi correlatiua; et ita cum nul
lus malus possit inferre Deo aut priuare aliquo
bono, nec illum potest tristari nec laedere. Unde
sicut actus charitatis v.g. non tendit in Deum per modum cons
tructiui absolute sed per modum complacentiae de eo quod sit
nec dando ipsi Deo rationem ultimi finis sed debito
in quo est dando habere actu Deum pro ultimo fine et de
bita appretiatione; ita peccatum non tendit in Deum
per modum destructiui illius absolute sed per modum displicen
tiae de eo quod sit: nec priuando Deum ratione ultimi finis, sed pri
uando subiectum in quo est aestimatione debita et amore erga
ultimum finem. Immo adeo, etiam si quis per ignorantiam in
uincibilem existimaret Deum posse destrui per peccatum

et actus illud remitteret, non attraheret malitias infinitas simpliciter, quia operatur advertentia finita; sicut nec mereret infinitus simpliciter qui simili ignorantia existimans Deum vere strui per actus charitatis illum eliceret. quare non supra allata non est apta.

2° alij probant quod pura creatura non potest facere satisfactiones supra dictas ad vigorosas satisfactiones, 1° quia non potest satisfacere ex proprijs nihil enim habere potest creatura proprium quod non sit sub dominio Dei; 2° non potest satisfacere ex alias indebitis, quidquid enim illa operatur debetur Deo alijs titulis scilicet creationis, conservationis, subjectionis, gratitudinis, gubernationis etc. 3° non potest offerre satisfactionem quae non includat gratias creditoris, cum semper indigeat divino concursu cooperante qui includit in ipsa actione creaturae et dat a Deo gratis absque obligatione justitiae. 4 arguat Cabrera supra citatus n° 2 2 quia .l. homo sanus faciens originem deduceret ab Adamo, et tunc ut satisfaceret pro aliorum peccatis, necessario ei prius venit tenetur esse sanus gratis; .l. ab illo non dependeret et ita prius deberet recipere a Deo gratias et auxilium supernaturale ad actus satisfactorios eliciendos, non quod posset aliquid offerre, nisi quod non includeret gratiam creditoris. pro hac vero refferunt 2a Suarez, Deza et alij supra relati; et ex dictis inferunt quod pura creatura ex auxilijs gratiae possit offerre satisfactionem aequalem pro peccato, non tamen ex rigore justitiae.

Sed has rōnes inefficaces ēē benedocet Suar. hic
disp. 4a sec. 1a § eius n. et alij, eq. n. est probarent
nullas puras creaturas posse satisfacere adæqualitēs
pro pœna temporali aut pro culpa veniali, nec per
se ex justitia et de condigno mereri vitam æternam,
quæ tn̄ falsa sunt. Quare ad 1um et 2um R. v.
supposita donatione Dei posse creaturas satisfacere
ex proprijs et non aliàs indebitis mō applica
to § præcedenti sec. 2a condit. 2a et 3a, ea gratia
præcedat trahens ac prævenienti impediret rigorem
justitiæ. Ad 3um dr, ea gratia n̄ impediret jus
titiam supposito q. tm̄ hēt jus ad illam ex pacto
quo Deus decreuit dare vires et concursus requisitus ad
actus quia ex justitia sequatur id adq. ordinat
sicut n̄ impedit rōnem meriti de justitia, de quo
in mā de gratia, videq. præcedenti sec. 3a in 3o dict.
bene q. addit Suar. etiam hanc gratiam n̄ repugnare
perfectioni justitiæ, n̄ aliàs ē sufficiens valor in ipso
opere q. tunc hō n̄ satisfaceret fructiter pro gratiis
ipsis quas gratis accepit, sed pro fructu ipsius gratiæ
quos ipse sua eius industria separauit, et quamuis ista
sint bona Dei, jam tn̄ supposita illa gratia sunt hōis,
et n̄ satisfacit pro illa nisi prout ē Domino suo
acutus. Ad 4um eadem solut. R. v. q. n̄ addit
sufficere ad satisfacere æqualem n̄ vō ex justitia, fal
sus ē ex dictis sup. q. præcedenti sec. 1a distingui

interest satisfactio aequalem et ex rigore justitiae ratio, bene quo sit de ratione.

legitimatio et probatio. Praemissis aliorum rationibus parvi momenti legitimatio et probatio ce^is supra positae desumitur ex S. Thoma hic art. 2° ad 2um, et S. Anselmo lib. 1° cur Deus homo cap. 21, 22, 23 et alijs. Dignitas satisfactionis purae creaturae non potest adaequare malitiam peccati mortalis, sed nulla satisfactio quae non adaequat malitiam offensae, potest esse aequalis et ex rigore justitiae, ergo nulla satisfactio purae creaturae pro peccato mortali proprio vel alieno potest esse aequalis et ex rigore justitiae. minor est communis manifesta est; major probatur quia gravitas et malitia offensae simpliciter crescit ex dignitate personae contra quam fit et vilitate offendentis ut docet D. Thomas 1^a 2^ae q^a 73 art. 9° et habet in lege aut facta § Persona digestis de poenis. Valor satisfactionis simpliciter crescit ex dignitate offerentis, et ideo diversae poenae statuunt pro offensis factis contra personas nobiles ab ignobilibus, quas si fiant a nobilibus quam ignobiles vel a paribus quam pares, de quo lege Aristoteles 4° ethycorum cap. 8°, ubi affert exemplum de percutiente magistratum, Tiraquellus in titulo de nobilitate cap. 20 n° 104 et Covarruvias lib. variarum lectionum cap. 9° a n° 2°; cum ergo peccatum mortale sit simpliciter injuria gravis a persona creata quae est infimi ordinis, contra supremam nempe Deum, illius gravitas crescit ad summum quem injuriae simpliciter gravis; satisfactio vero purae creaturae decrescit ad infimum quem valoris propter vilitatem personae offerentis, unde cum

valore nequit tribuere Deo tantum honoris quanta fuit injuria contra illum per peccatum mortale, ac proinde nequit esse satisfactio ad aequalitatem ex justitia.

Et ecce Vasq. hic disp. 2a cap. 3o n. 20 hanc rationes rejicit asserens illas esse, primo aspectu speciosae propositas et ad popularem sensum valde accommodatas, nihilominus si bene perpendatur et examinetur nihil momenti habere. Re tamen vera quamque acute sentiat Vasq. nihil tamen contra veritatem: ut autem melius intelligatur praedicta ratio et pateat solutio argumentis quae contra illas objici possunt deducendis sec. seq., haec notanda erunt: 1us in offensis quae Deus non excusare neque minuere malitias dignitates personae offendentis, quia omnis ea dignitas a Deo fuit illi collata, et ideo potius auget malitias: e contra vero inter creaturas dignitas offendentis Regem v.g. minuit ~~injurias~~ malitiam quae ea non debet Regi, quia si ab eo fuisset accepta, certe non minueret eas redoleret nimias ingratitudines. 2o si plebejus graviter laedat Regem, dabilis est casus in quo illi ab aequalitate satisfaciat, ut si Regem liberaret ab ignotissima morte cum proprie vitae manifesto periculo &a., quia cum det distantia finita inter eas personas, aliqua via suppleri poterit: at vero cum inter Deum offensum graviter et creaturas offendentem detur distantia simpliciter infinita, nulla via suppleri poterit per obsequium a pura creatura profectum etiam per gratias infusas infinitas physice de quo infra. 3o specialem causam malitiae esse in offensa contra Deum quae

n' e. in offensa in Regem creatas, quia scilicet Deus semper aspicit nos, creavit, conservat, nosque totos illi debemus.

Ex quibus sequitur puram creaturam neque posse satisfacere aequaliter pro peccato mortali proprio, quia et habet meritum de congruo scilicet per actus supernaturales sine gratia sanctificante elicitos cum per peccatum ex quibus fuerit haec gratia; nec pro peccato mortali alieno quia alijs scilicet poterit mereri de congruo, si habeat gratiam sanctificantem, immo etiam si sibi et alijs gratiam et alijs mereretur de condigno, non satisfaceret ad aequalitatem propter gravitatem offensae contra Deum ut explicamus, et magis infra apprendet in solutione argumentorum.

Sec. 4.a

Argumenta contra dicta et Solutiones.

1.us argumentum: malitia peccati est simpliciter finita, ergo poterit compensari per solutionem aliquas finitas et fibitas à pura creatura. Antecedens constat ex dictis sectione praecedenti, consequentia probatur quia finiti ad finitum datur proportio et aequabilitas: cumque excessus malitiae peccati mortalis supra bonitatem satisfactionis purae creaturae sit finitus, tandem poterit exhauriri multiplicatis satisfactionibus et ferventissimis actibus, contritionis, charitatis &c.a Sicut in offensa facta ab ignobili contra nobiles, potest aliquo magno obsequio finito ad aequalitatem compensari ut dicebamus sectione praecedenti ad finem.

Dicitur 1º quia si aliquid impediret talem aequalitatem maxime quod malitia peccati et bonitas actus purae creaturae sunt diversi ordinis: sed hoc non obstat etenim etiam in humanis quamvis aurum ex se sit superioris speciei quam argentum, magna quantitas argenti in aestimationem moralem non solum potest aequare sed etiam excedere valorem exiguae quantitatis auri: et mancipii valor compensatur nummis qui ita inferioris ordinis sunt in esse physico. Dicitur 2º quia saltem aequari poterit malitia peccati mortalis per actum elicitum ex infinita physice gratia quam Deus de potentia absoluta conferat creaturae: ac proinde possibilis erit casus in quo pura creatura satisfaciat ad aequalitatem pro peccato mortali.

Respondetur ad argumentum negando anteced. negando consequentias. ad probationes dicitur, quamvis id ita contingat in quantitatibus molis et discretis, tamen nec in genere physico nec in genere moris semper id ita evenit si extrema sint diversi ordinis: sic plura peccata venialia nunquam adaequant gravitatem unius mortalis quamvis excessus sit finitus; et quamvis excessu finito Angelus superet hominem in esse physico nunquam homo poterit ita esse perfectus ut attingat perfectiones physicas Angeli: sic etiam fama et honor quae ideo nulla pecunia compensari possunt. Cum quod infinita simpliciter distantia sit inter personas offensas per peccatum mortale et personas purae creaturae satisfacientes quamvis excessus malitiae peccati supra bonitatem actus satisfactorii sit finitus non potest aequari, quia ut dictum est in peccato ad mensurandas malitias potissime attenditur persona offensa, in sa

tis fact. ad bonit. et valorem p̄sona offerens, q̄d bene explicuit Suar. hic disp. 4 sec. 1 § tunc constat et Albertinus citatus n. 8. offensas in g̃re moris accipi pre cipue p̄ modus gravioris, et ita malitias precipue sumi à persona que offenditur; e contra v. satisfact.es in gra actionis attendi precipue.

Ad 1as confirmat.es R. in humanis rebus indigentiis ad usus coem, et q̄a sine ea rerum permutatione hu mana societas ee nequit ut docuit Aristes 5. ethycorum cap. 5. morali estimatione adequari solent res que nec physice n. poss. equari attenta utilit.e et indigentia quas hoes habent de tali re: at cum nullas Deus indigen tias habeat aut utilit.em capiat de operibus creatura rias nullus dat caput physicus aut morale ad tales adequationem faciendas. Ad 2as confir. dr. etsi gratia pure creature eet infinita physice et infi nita eius satisfact. n. equaret malitia finita peccati mortalis q̄a e superioris ordinis ut dicimus è q̄d bene notauit Suar. citatus § ad argumts: sic q. cator ee infinite intensus n. eet ita perfectus ac lu men. ut 4or q̄a q̄dlibet crescit intra suus ordines. simili modo docet Albertinus citatus dub. 2a à n. 9. q̄d satisfact. Xpi Dni etsi n. fuisset finita, adhuc ex cederet malitias peccati mortalis quantumuis hoc fo ret infinita, q̄e illa semp manet elevatioris or dinis de quo infra.

2us argumentus: peccatus n. è proprie injustitia à Deus nisi sub grati quadas rone prouidetur trans gressiones precepti in quacunque materia, & pura

creatura potest pro peccato mortali satisfacere ad
aequalitatem: ita probatur quia ubi non intervenit proprie
injustitia non requiritur satisfactio aequalis ex rigore
justitiae. tunc vero probatur quia injuria proprie in materia justi
tiae est illa quae laedit alterum eo quod inferat illi aliquod
damnum seu incommodum resarciendum per commodum
oppositum, sed nullum peccatum mortale [illegible]
praecedenti potest laedere Deum aut damnificare in ali
quo sed non est proprie contra justitiam respectu Dei. Confir.
quia secus in quolibet peccato esset duplex species ma
litiae altera injustitiae contra Deum, altera contra specialem
virtutem in cujus materia fit, et ita actus intemperantiae
v.g. et haberet speciem injustitiae contra Deum, et speciem in
temperantiae contra virtutem temperantiae; sicque necessa
rio dicendum esset quodlibet peccatum mortale esse in dupli
ci specie, quod videtur absurdum.

Incideramus in celeberrimam quaestionem praesertim inter Suar.
et Vasq. acutissimis argumentationibus ultro citroque agi
tatam an scilicet inter creaturas et Deum possit esse
propria ratio justitiae et injustitiae; negantem partem acri
ter tuetur Vasq. tomo 1° in 1am 2ae disp. 89 et 86, tomo 2° in 1am
2ae disp. 223 et tomo 1° in 3am partem disp. 2a cap. 3°
n. 22; potissimumque ejus fundamentum est quod justitia
ex definitione Ulpiani quam affert D. Thomas 2a 2ae q.
61 art. 1° est constans et perpetua voluntas jus suum
unicuique tribuens, ac proinde petit ut dans pri
vet se re ipsa quam dat et ejus dominio, quod Deo
nequit convenire; item non potest accipere aliquid quod

antea non fuisset suus, nullusque damnus aut injuria libertas recipere quod dat.

Affirmantem partem constantissime deffendunt Suarez tomo 1o in 3as partem disp. 4a sect. 1a ad ultimas object. et tomo 4o disp. 2a sect. 3a n.o 6o, tomo 1o de religione tract. 1o lib. 3 cap. 7a a n.o 21, et late in opusculis disp. de justitia Dei sect. 2a a n.o 9. Atque hanc partem nos libenter amplectimur et infra commodius explicabimus supponentes justitiam respectu nostri esse proprie in Deo sublatis imperfectionibus et non servans aliquas conditionibus ad rationem justitiae materialiter se habentibus quae interest creaturas dantur propter limitatas perfectiones, non tamen in Deo: sic enim misericordia, amicitia et aliquae aliae virtutes dantur proprie in Deo et tamen non habent omnes eas conditiones quas servant inter creaturas, quia virtutes servantur ejusdem praedicantes et aliquae quae propter materiales accommodantur subjectis. Et cum Vasquez citatus 1a parte disp. 85 cap. 7o n.o 46 compassionem in misericordia quae reperitur in nobis asserat esse praedicatum materiale et accidentarium, et potius ex parte subjecti quam objecti, cur non idem asseret de imperfectionibus quae reperiuntur in creaturarum justitia. Confirmatur fundamentum Suarez: est justitia in suo conceptu formali nullam dicere imperfectionem neque ad eas requiri ut dans privet se re ipsa quam dat et ejus dominio, sed id reperiri in creaturis propter earum imperfectionem, non tamen in Deo qui propter suum supremum dominium ita dat creaturae aliquid ut illud

n' amittat. neq debimus ex p[te] Dei procedere ex lege sed ex nati rectitudine illius volunt[at]is.

Ad argumentum igitur R[espondeo] negando ant[ecedens]; ad illius pro bat[ionem] d[ic]o: ad injustitiam proprie n' requiritur q[uod] q[ui]s lædat alterum in se ipso aut in bonis intrinsecis illius satis e q[uod] lædat in bonis extrinsecis v.g. in honore, fama et estimatione quam de illo debet habere, pecca tor autem peccans lædit Deum in bonis extrinsecis, quatenus cum Deus habeat jus physicum et morale rone supremi dominij ut à creatura intellectuali in o[mni]bus suis actibus honoret et nulli creaturæ postponat; peccans lædit hoc jus postponendo illum creaturæ et n' rendendo ni illum ut ni ult[imum] finem, atque hoc jus læsum n' potest sufficienter resarcire satisfact[i]o puræ creaturæ. Et et illud advertendum erit longe aliter dici transgressionem præcepti injuriam Dei, ac in humanis, transgr[essi]o mandati d[icitu]r injuria prælati, nam hic n' h[abe]t jus moralis dominij in subditos, neq actu mere interno censet inhonorari; neq ex sola ex terna eius transgressione mandati patit ex justitia c[ontr]ariam ad[versu]s ipsi prelato nisi accedat externa læsio ho noris: at v[er]o Deus habet jus supremum dominij mora lis in creaturas etiam circa o[mn]es actus mere internos et læ ditur ex injustitia, qua cunque transgressione propter dicta.

Ad c[on]fir[mationem] R[espondeo]; n' e inconveniens ee duplicem sp[eci]em pure mo ralem in quolibet peccato [ut] ibi dixi: e tn' inviaqua gra[vi]ta[s] q[uæ] ex summitate obi[ecti] [e]st adæquata. Nota tn' q[uod] o[mn]ia peccata sint ex[ten]s[ive] injustitia proprie c[ontr]a Deum, aliqua tn' ec virtutis c[ontr]a justitiam, quatenus s[un]t illa quæ sunt ex affectum

interno lædunt jus Dei, sed etiam apud homines damnum externum inferunt Deo in fama, honore aut rebus Deo dicatis: et hæc non solum gemunt satisfactionem per actus contrarios malis peccatis, sed etiam reparationem damni externi illati, ut si quis contra Deum proferat falsa testimonia, blasphemias et opprobria, tenetur illud reparare quia diffamavit Deum apud alios, sic etiam tenetur restituere res Deo dicatas, vide Suar. in opusculis disputatione de justitia Dei sectione 2 numero 10 et sequentibus.

Ego etiam adderem ad majorem rei confirmationem quod peccatum mortale non foret proprie injustitia contra Deum, quod tamen ex supra dictis falsum est, adhuc ea qualiscunque satisfactio non debita ex propria justitia quam creatura tenetur Deo exhibere aut posset pro ea injustitia aliqualiter ipsi illata, non posset esse sufficiens et condigna si a pura creatura proficisceret, quia etiam si peccato deesset ratio injustitiæ propriæ contra Deum, remanebat tamen potissimum caput ejus malitiæ, nempe suprema dignitas personæ offensæ et vilitas offendentis, quæ ita inæqualis ordinis sunt, atque adeo nulla ibi intervenire posset sufficiens recompensatio æqualitatis sufficienti cum finiti ad infinitum nulla detur proportio comparabilitatis in ordine ad gravem offensam: ac proinde licet in humanis subditus transgressioni præcepti superioris, si aliud damnum non dedit, satisfaciat per compensationem in affectu (nec requirit in effectu quia ibi non proprie peccavit contra justitiam) si eum peniteat facti et cum proposito emendationis se offerat in obsequium superioris: simile quid respectu Dei non sufficit ad compensationem injuriæ, quia dominium Dei supra nos et obligatio nostra obsequendi Deo sunt longe strictioris et altioris obliga-

tiones vi glamuse.

3uo argutus: dant plures casus in humanis in aggravias psone offensa r obstat equalit satisfactionis fieri a psona ignobili; ergo idem poterit esse inter creaturas et Deum. ant pbr 1° nas si homo ignobilis inferat Regi injurias furti mille aureos, v^e censet ej aequaliter satisfacere si restituat mille aureos neq^d talis injuria crescit ex dignit^e psone cui fit. 2 si falso testimonio infamet illum, plene satisfaciet retractando suum falsum testimonium et dicendo se mentitum fuisse quando ea opposituis antea dixerat, cum v^e fama psone offensa ex eo intelligat moraliter redacta ad suum pristinum statum. 3° si Regem graviter inhonoravit, satisfaciet si eum manifesto vite periculo illum a morte turpissima liberet &a ergo ets respu Dei offerri dabitur erit aliqua plena satisfact^o pure creature. —

R^r Decesso anti negando coam, q incomparabiliter c majore excessus inter Deum infinitis in oi gre entis et creaturas, quam inter quascumq creaturas inter se. ad pribantem R^o, in 1° exemplo res ita evenit q in ijs casib, solus attendit equalitas rei ad rem absq morali respu ad dignit^es l. indignit^es psonarum, secq e in injurijs. Ad 2us et 3us exemplum declaro q in ijs res ita se habeat propter dicta; at cum Deo n possit vita periclitari aut bono aliquo intrinseco, et distantia a creatura sit ita major, n e imaginabilis casus in quo ad equalit^es possit pura creatura satisfacere pro gravi offensa propter supra dicta. —

Sec. 5.ª

Doctrina Gabrielis Vasq.z in hac q.ne refel litur et ejus fundam.ta solvuntur.

Refutimus sup.a sec. 2.a in 3.a 1a ejus doctrinas duo asserentem; 1.us ē actus contritionis et charit.is ā colla nam satisfact.ea pro peccato mortali et causa for lem remissionis illius. 2.o ex eo sola puras creaturas n̄ posse satisfacere pro peccato mortali q.a recurrit debitum carendi auxiliis. 1.us late probare stendit Vasq. locis ibi citatis. Potissima fundamenta st.: In primis q.a contrit.o ē actus supernaturalis na sua sanctificans hominem tanquam v.a sanctitas illius et ex proprio se digno.e revocat hominem in amicitias Dei et constituis justum, alioqui si aliud requireret, posset homo simul ēē justus p contritionem et injustus p peccatum, cum tn̄ nemo dixerit actum contritionis aut charit.is et peccatum posse ēē simul, sic ponunt luce necessario asserunt tenebras. q.a illa ē f.ra physica illas expellens; ut plures ponunt gr.ias habitualem et peccatum de p.ta absoluta p.nt ēē simul.

2.o si remissio culpe n̄ fit ex vi contritionis sed ex superaddita acceptatione gratuita, jam remissio culpe et justificat.o fit ex favore extrinseco Dei cont. Tridentinum sess. 6 canone 11.º: nec aparet quomodo habitus aliquis expellat peccatum, si actus formaliter ex na sua n̄ expellit illud. cum magis certum sit nos justificari p actus quam p habitus.

3.o q.a si culpa mortalis ē gravis offensa Dei cravers. pro ab illo, actus perfecte contritionis et charit.is ē perfectum

conversio in Deum et incompatibilis cum aversione, quae per se et ex se expellit peccatum, atque adeo ex se habet condignum valorem ad remissionem culpae mortalis, et sicut peccatum non solum obtinet hominem peccantem sed etiam peccatorem (ad distinctionem peccati originalis per quod parvuli non dicuntur peccantes, quia hoc denotat actualem operationem, licet dicantur in Adamo peccavisse ut de fide est sed peccatores) quia relinquit animam maculatam et aversam ad creaturas secundum moralem quamdam existimationem; ita contritio et dilectio non solum obtinent hominem poenitentem et diligentem sed etiam in statu amici et conversi ad Deum.

Nihilominus fatemur esse quod asserunt Vasquez late ostendit supra in materia de gratia ubi validissimis fundamentis probat ad quaestionem 113 1a, 2ae unicam tantum esse causam formalem nostrae justificationis et remissionis culpae nempe gratiam habitualem tam in parvulis quam in adultis, idque urgenter satis colligitur ex Triden. sess. 6a cap. 7o ubi definit unicam esse causam formalem nostrae justificationis, et hanc esse gratiam inhaerentem, et addit quod contritionem tanquam dispositionem requiri justificationi solum quia admittit hos actus praevios disponere ad justificationem non autem formaliter et immediate justificare, quam doctrinam egregie et late probat Albertino in 1o principio philosophico quaestione 28 theologica corollario 18 difficultate 3a dubitatione 5a a numero 68.

Ad argumenta, in contrarium respondetur ad 1um ut patet ex dictis non

ut fra reddens gratum et justum sed ut dispositio ad
illas seu causaliter non formaliter et tanquam aliquid
quod de congruo meretur infusionem gratiae, et inquit Suar.
multo minus habet de ratione quam habent in peccatoribus
quia hoc totum est suum, attritio contritio est donum Dei; unde
infusio gratiae atque adeo remissio peccati nomine Dei be
neficium est quod postea contritio de congruo id exigat: atque
adeo peccatum habituale et contritio aut charitas bene
possunt esse simul de potentia absoluta sicut et gratia san
ctificans et peccatum mortale in sententia probabili: peccatum
vero actuale et contritio aut dilectio Dei nequeunt ulla ratione
esse simul quia illi actus contrarij saltem implicite sicut amor
et odium efficax de eodem obiecto, cum sint aversio à Deo
et conversio ad Deum: posita autem contritione non expel
litur peccatum sicut tenebrae posita luce, quia actus
contritionis non est idem ac negatio peccati formaliter ut pa
tet, quod consecutive ea inferat modo explicato. —
Ad 2.um Respondeo utrumque requiritur ad remissionem culpae
et infusio gratiae habitualis, et Dei condonatio ac favor
quam ex natura rei debet gratiae inhaerenti et ita moraliter
tanquam totum requiritur ex unica solum censetur mutatio de
statu peccati ad statum gratiae: nam remissio culpae non
fit per modum effectus pure physici ex forma inhaerenti sine
aliqua extrinseca et morali condonatione de quo in materia
de gratia. consilium autem damnat asserentes per solam con
donationem et favorem extrinsecum remitti culpas, quia non
debet excludi gratia inhaerens, nec mirum magis immediate

excludi peccatum p habitum quam p actum, q^a hic remanet
ut dispositio et quasi p modum transeuntis, ille ut sta
stabiliter permanens et quasi ara vitae supernaturalis. ——
Ad 3um dr, licet p contritionem homo perfecte convertatur
ad Deum actualiter, adhuc iste actus n potest repara
re oio qd fecit aversio, q^a ille e minus bonus quam
haec mala propter rationem inie c. sect 3 explicatas.
Sic enim si Regem plenarius offendit, ex eo qd lachry
mis et v dolore veniam petat, n tenet illico remi
ttere offensam, unde contritio et dilectio n velitiam
unit hoem in statu amici et grati qualiter condicta
in conversi et diligentis. Dices tn e contritio bona
quantum detestat malitias peccati, sed eam detesta
tur sup oia mala et oe detestabile, q^o e magis
bona quam malum peccatum. R^d detestatur
super oia mala damni et penae, et ita n e magis
bona quam malum fuit peccatum, eaq detestatio
sit mo finito et limitato. ——
Adde enim si contritio aut dilectio Dei qualiter expelle
ret peccatum et mereretur de condigno illius remissio
nem qd tn falsum e ex dictis, adhuc n esset satis
factio ad aequalitatem ut bene advertit Albertinus
circa n^o aequum meritum sumat in ordine ad
premium scil visionem Dei, satisfactio in ordine ad
personas offensas scil Deus, magis proportionatur
actus contritionis ad meritum de condigno quam ad
satisfactionem de condigno, q^a cum ad hunc effectum requi

ciat altiorem tum majorem exigit in se proportionem; ex nullo q̃ capite sequitur actum contritionis aut charitatis posse puram creaturam ad æqualitates satisfacere pro peccato mortali proprio vel alieno.

Ad 2um et quod asserebat Vasq. valida est argumentum. 1um quia debitum carendi auxilijs non est essentialis ratio culpæ et offensæ mortalis, sed potius pena culpæ, quare si ratio est ex supra dictis non posse puram creaturam satisfacere pro culpa mortali, aliquid aliud assignandum est præter debitum carendi auxilijs in quo consistat ratio culpæ et pro quo creatura nequeat satisfacere cum id satis colligatur ex doctrina P. Pius supra sect. 2a allegata. immo ideo non poterit satisfacere pro debito carendi auxilijs quia nequit satisfacere pro culpa ex qua sequitur tale debitum.

2um quia si ideo non possumus satisfacere pro culpa mortali quia non possumus satisfacere pro debito carendi auxilijs ad contritionem requisitis nec Christus Dominus potuisset plene satisfacere pro culpa nostra mortali quare nec ipse potuit satisfacere pro nostro debito carendi beneficio incarnationis, quod beneficium ut primum satisfactionis et meriti non cadit sub meritum de condigno ejus respectu Christi Domini de quo infra: at Christus Dominus plene et perfecte satisfecisse pro nostris peccatis certa doctrina est, licet ab aliquibus negetur ibi intervenisse rigor justitiæ de quo suo loco. 3um quia saltem Angelus vel homo sine peccato originali potuisset plene satisfacere cum non contraxisset tale debitum aut perfecte satisfacere pro omni culpa licet non pro omni pœna, aut supposita tali remissione debiti

ut donatione precedente contractus potuisse Deo satisfacere: quæ via et longe distant à veritate et à communem doctrinas pugnant ut magis in sequentibus declarabitur.

Sec. 6ª.

Quid dicendum sit de satisfactione puræ creaturæ habente gratiam capitis.

Suppono de facto solum Christus Dominus mereri alijs de condigno propter dignitatem capitis, justosque ceteros solum mereri de congruo alijs primas grias et remissionem culpæ, de potentia tamen absoluta posse puram creaturam mereri alijs de condigno primas grias et remissionem culpæ de quo in materia de gratia. Neque obstat quod objicit Vasquez hic disputatione 4ª capitulo 5º quod scilicet pura creatura per nullas grias possit impetrare alijs de condigno grias justificantem, ex eo quod illa gratia adoptionis deberet ejusdem speciei cum hac quæ modo datur, sed hæc non est modo principium merendi seu impetrandi alijs de condigno griam justificantem ergo neque illa esset. hoc inquam non obstat, primo quia responderi posset illas grias futuras esse diversæ speciei cum probabile sit id posse esse in gratia, charitate et alijs ejusmodi. 2º dato quod esset ejusdem speciei physicæ, posset esse diversæ speciei moralis, quatenus adjuncto speciali decreto Dei est principium diversi effectus moralis, quod in alijs exemplis perspicuum est.

Igitur ex pacto Dei speciali pura creatura posset constitui caput morale aliorum ita ut in illos aliquomodo influeret grias, atque ut Adamus de facto transfudit peccatum

in posteros ex eo q. esset intercedente Dei lege caput morale illorum; illius demeruit gratias et de condigno derivauit originale peccatum, ita et illa meritus et satisfactione derivavit et gratias de condigno, et non est cur Deus instituere potuerit caput quod omnibus noceret et non caput quod prodesset.

Nec placet quod opponit Cabrera hic super tertiam partem quaest. 1 art. 2 disp. 11 sect. 1 presertim n° 20. potuisse quidem primus parentum ex se inficere infinitos homines si essent satisfactiones vero purae creaturae non posse se extendere ad redimendos infinitos homines de condigno, quod peccatum Adami non idem ex se et extra seca Dei ordinatione sed ex natura sua et originaliter habebat inficere infinitos homines quibus fuit peccatum natura quae ex se infinitis hominibus communicari posset: at vero satisfactio hominis quae est caput morale aliorum quamvis haberet infinitatem extrinsecam ad satisfaciendum pro universis hominibus, illam non haberet ex sua natura et ex debita ratione propriae dignitatis, sed solum ratione extrinsecae ordinationis Dei, atque adeo non eadem ratio de capite ad nocendum ac de capite ad merendum aliis.

Haec doctrina Cabrerae falsa continet et explicatione indiget, si n. velit peccatum Adami ab intrinseco originale fuisse derivari ad posteros attenta ejus natura physica, falsum est: cum id non oriatur a praedicatis physicis illius, nec ideo dicitur peccatum naturae quod id est sibi intrinsecum, idque cum natura per seminalem propagationem transfunderetur ex ordinatione Dei: si autem velit sub ratione dignitatis moralis capitis quae erat in Adamo, ejus peccatum habuisse conjunctas duas proprietates nempe et esse personale et esse originale seu originans, verum est quod Adamus et personam particularem et communem repraesentabat: At

hic eodem modo potest evenire merito, homo n. q. esset caput morale aliorum, ad merendum per suos actus aliis, mereret de condigno et pro illis satisfaceret, hujusque operi ad satisfactionem supposita dignitate operantis utrumque esset debitus, et prodesse ipsi operanti et prodesse aliis tanquam membris; neque est unde colligatur peccatum secundum se esse magis malo nocere pluribus quam bono operi prodesse, cum malum non sit magis diffusivum sui quam bonum.

Ad tertium dico purum creaturas cum gratia sanctificante et dignitate capitis moralis potuisse mereri aliis de condigno infusionem gratiae et satisfacere pro illorum peccato mortali de condigno condignitate quadam non omnino absoluta et perfecta quae dici possit perfecte aequalis et de rigore justitiae, sed aliquali condignitate quae gratia et favore aliquo extrinseco compleretur. Primam partem probant quae supra dicta sunt, si n. sine dignitate capitis homo justus aliis meretur de congruo primas gratias et satisfacit pro illis de congruo, accedente nova dignitate capitis, quam D. Thomas infra appellat plenitudinem gratiae, et speciali Dei promissione extollit ad novum et altiorem modum promerendi aliis, atque adeo de condigno illis meretur et satisfacit: Neque contra hoc alicujus momenti ratio adduci poterit, et forte id solum intendunt authores citati supra sec. 2a pro 2a sententia.

2am partem nostrae conclusionis suadent ea omnia quae dicta sunt in superioribus ubi ostendimus tantam malitiam inesse peccato mortali ex eo quod sit gravis offensa Dei, ut quantumvis opus meritorium

et satisfactorius oriatur a pura creatura insignita quocunque dono supernaturali et gratia ac dignitate divinitus collata, non posset ea absolute illam adequare, aut oriatur a persona creata que respectu divine tam infima est ut pro nihilo reputetur. At utramque partem videtur docere Suar. hic disp. 4 sec. 7 et 8 et 1a et 2a cum alijs quos refert; veniuntque cetera Recentiores. Ex quibus tandem eluceat propter dicta in tota hac questione quam vere patres dicant unanimiter nullas puras creaturas potuisse satisfacere pro peccato mortali proprio vel alieno satisfactione omnino equali perfecta et de rigore justitie, sed ad id plusquam creaturas necesse fuisse atque adeo unionem hypostaticam cum persona aliqua divina.

Sec. 7a.

An purus homo ut membrum Xpi Dni potuerit satisfacere pro peccato mortali tibi de satisfactione pro peccato Originali?

Utraque hec difficultas ad plenam presentis questionis decisionem desiderat. Circa 1am duas sententias alteram affirmantem, negantem alteram refert Suar. hic disp. 4a sec. 12, bene que addit dissentionem apud multos de nomine videri. Sic autem breviter explicat quid in hac parte dicendum sit: igitur si dici potest satisfactionem puri hominis posse ut est membrum Xpi Domini, acceptari a Deo ex rigore justitie, quia re vera nihil aliud est quam Xpus Dnus prout caput morale, perfecte pro hominibus peccantibus satisfecisse

ut docet Triden. sess. 14 de sacram^to p^oenit^e cap. 8°, ratas q^d satisfactionem h^ere vim ab illo, et p^r illum offerri Patri et acceptari, tn dici n^o potest ex se eam satisfactionem perfectam ee prout active à puro h^oe orit.

Unde fatendum erit q^d lz ex dignit^e membri X^pi D^ni aliquis valor operib^9 h^ois accrescat ut d^r in m^a de gr^ia, tn cum is totus finitus sit, supponat q^d suppositum finitum et ita distans à majestate Dei, quantumuis sublis notis tale opus bonum vestiat n^o poterit ad aequalit^em satisfacere pro peccato mortali propter r^ones saepiq dictas praesertim sect^e 3^a, quam doctrinam bene docet Zumel 1^a 2^ae q^e 114 art. 3° disp^e 8^a c^e 3^a et Cabrera lic q^e 1^a art. 2° disp^e 26 c^e 3^a. Neq obstat regula Triconij apud Augustinum t^o 3° lib. 3°. de doctrina X^piana cap. 31 q^d scilz in moralib^9 actiones capitis moralis tribui solent membris et e contra; id n. nec semp^r v^ius e neq in oib^9, cum ex eo q^d X^pus Dominus sit filius natus Dei et nos simus ejus membra, n^o ideo possimus denominari filij nati Dei, et sic in alijs exemplis. requirit q^o q^d utrumq subum capax sit talis denominationis, creatura autz n^o e capax ut dicat proprie et ex rigore active satisfecisse pro peccato mortali ex eo q^d X^pus D^nus id praestiterit: Adde etz q^d saepe ea (?) denominationum fit solu in sensu figurato et metaphorico. Vide Suar. citato ubi late haec persequit. Cum v^o d^r opus humanus satisfecisse Deo de rigore justitiae id intelligit de op^re humano ut includente X^pum Dominus, eo autz s(?)distincto n^o satisfecit.

id pro eo satisfecit Xpus Dns ut bene aduertit idem Suarez
citato ad finem sectionis.
Circa 2am difficultatem vero dubitationis est quia cum aliqui Doctores
asserere videantur peccatum veniale esse magis graue quam
originale, ex eo quod illud volitum est voluntate propria,
hoc vero voluntate originantis, et ex infra dicendis pura
creatura condigne satisfacere possit pro peccato veniali
li, à fortiori poterit equaliter satisfacere pro origina
li, si minus graue est. Asserendum tamen est cum com
muni neque pro peccato originali posse puram creaturam sa
tisfacere ad equalitatem ita supponunt PPes et Doctores
cum asserunt Xpus Dnus principaliter venisse ad tollendum
peccatum originale de quo infra: Unde rejiciendus
erit Cabrera hic q. 1a art. 2o § 3o circa 1am asserentis
actum elicitum à puro hoie potuisse habere tantam boni
tatem tam intensiuam quam extensiuam qualem
immo majorem peccatum Ade habuit malitiam. Ratio vero circa 1am est quia pec
catum originale quantumuis non sit personale, re tamen vera
absolute et simpliciter est mortale cum excludat
gratiam sanctificantem et reddat hoiem simplici
ter auersum à Deo et inimicum quod non conuenit veniali
li ut certum est, ac proinde habet rationem grauis offense
respectu Dei quam proinde nulla pura creatura ex sup
plicijs ad equalitatem compensare potest.
Ad rationem dubitandi bene Pater Suar. hic in comento
art. 4 § 3 cum quod licet peccatum veniale excedat ori
ginale in ratione voluntarij, tamen simpliciter majus malum esse
originale quam veniale, et quamuis quodlibet peccatum mortale sit

nale gravius sit ex se Originali, tn hoc inducit vas inimicitias cum Deo graviterq illum offendit, et ita pro illo nulla æqualis satisfactio offerri potest Deo à pura creatura.

Q. 5a.

V. Pura creatura possit ad æqualitatem satisfacere pro peccato veniali.

Sec. 1a.

Resolutio Quæstionis.

Ratio difficultatis sumi potest à quantitate malitiæ peccati etiam venialis quæ ut bene docet Albertinus citatus dubitatione 1a fine, neque prohabenda unione hypostatica et faciendis actionibus quæ ex illa unione oriunt admittenda est, cum vel sit contra Deum satis graviter sed leviter; et ex alia parte actus contritionis aut charitatis vel quæcumque alia operatio quantumvis supernaturalis et ex auxilio Dei profecta à pura creatura orta valorem absolute sumit à supposito finito operante, et ita videtur inæqualis cuicumque offensæ quæ aliquomodo sit contra Deum, et cum infinitus excessus dignitatis personæ divinæ offensæ etiam per veniale magis superet dignitatem creaturæ satisfacientis quam malitia peccati mortalis malitias venialis, si pura creatura nequit satisfacere pro mortali quia Dei offensa est, nequibit etiam satisfacere pro veniali cum Deo etiam suo modo opponatur. Sed quia veniale levis offensa est et quæ Dei

amicitiam non tollit. ex eo que videtur aequari posse per satisfactionem purae creaturae habentis gratiam sanctificantem. Ergo deus de foro de intitur sacerdotis lect. 28 tuetur negantem partem, et oppositum non solum falsum, sed etiam parum tutum in fide existimat.

Sit 1ª cc.: Plus habet boni[ii] actus contritionis vel charitatis in homine justo quam malitiae peccatum veniale, ac proinde ex ea parte aequaliter poterit satisfacere pro illo. Ita Suar. hic disp. 4ª sec. 11ª, Cabrera q. 1ª art. 2º disp. 15 cc. 1ª, et a fortiori Vasq. disp. 3ª capite 3º alijque qui idem concedunt pro peccato mortali. idem sequuntur plures docti Recentiores, indicat sanctus D. Thomas 3ª parte q. 87 art. 2º corpore et ad 2[us] et 3[us], ubi ait actum charitatis seu alium procedentem e gratia esse sufficientem ad tollendum peccatum veniale, et 1ª 2ª q. 72 art. 5º corpore ait, peccatum veniale quia leve est non destruit gratiam, esse reparabile per illam, sicut levis aegritudo corporis est reparabilis per principium vitae.

Probatur 1º quia in prudenti hominum aestimatione pro levi defectu non impediente divinam amicitiam obsequium magni momenti qualis est actus contritionis aut charitatis hominis justi non solum adaequat, sed etiam excedit malitiam illius, sicut magnum obsequium Regi factum ab amico pro levi defectu. 2º quia actus contritionis hominis justi meretur de condigno praemium aeternum, peccatum vero veniale solum meretur per se poenam temporalem, quod signum est magis bonum esse actum contritionis quam malum peccatum veniale, cum praemium respondeat bonitati actus, poena vero malitiae. 3º quia justus per gratiam habet jus ad gloriam et consequenter ex debito connaturaliter ad tollenda impedimenta quae illam impediunt vel retardant,

hujusmodi sunt peccata venialia, quae ex justitia potest illa a se tollere, quia per aequalem satisfactionem. 4° probat Suarez quia peccatum veniale ex eo quod non sit gravis offensa Dei, nec est directe contra illum, sed contra media quae ad eum tendimus ut in ultimum finem, ac proinde pura creatura ex gratia operans potest pro illo satisfacere. Contra hanc rationem acriter insurgit Cabrera citans à n° 26 probans aliqua esse peccata venialia quae directe sint contra ipsum Deum v.g. si quis ex imperfecta deliberatione prorrumpat in haeresim, desperationem aut odium Dei, et consequenter per hoc aeque directe et formaliter vult quis licet indeliberate tollere à Deo rationem ultimi finis; quod argumentum ait Cabrera evidenter convincere rationes Suarij esse absolute falsam.

Sed solemne est Cabrerae evidentes arguere et passim fiare ubi evidentia non est: asseroque doctrinam Suarij in hac parte verissimam esse et proprissimam, quamque invenisset Cabrera in D. Thoma 1ª 2ª quaestio 72 art. 5° corpore si legisset: ait quia Angelicus Doctor: Quando anima deordinatur per peccatum usque ad aversionem ab ultimo fine scilicet Deo cui unimur per charitatem, tunc est peccatum mortale: quando vero fit deordinatio citra aversionem à Deo, tunc est peccatum veniale; idem autem est avertere à Deo atque directe opponi Deo, opponitur non per aversionem, per peccatum quod veniale quamque illud sit cum homo non avertat à Deo sed maneat adhuc illi unitus per gratiam et charitatem, non dicitur illi manere oppositus, quomodo retineret amicitia cum oppositione, quare quia ita leviter veniale offendit Deum, et retinet adhuc homo vitam gratiae, per illas potest à se expellere culpam venialem, et ideo haec dicitur reparabilis in hoc justo

p virtutem intrinsecas, peccatum vero mortale non est repa
rabile p virtutem intrinsecas sed p extrinsecas Dei
quia tollit gratias eucharist.
Ex his colligitur quam diversa via hanc coes nec
mur ac Vasq. citatus, qui cum supponat actus contritionis
equalem valorem here ex se ac peccatum esse mortale
et ideo puram creaturam pro illo non posse equaliter satis
facere quia p peccatum mortale incurrit debitum ca
rendi in perpetuum auxilijs gratie; ait ideo posse satis
facere pro veniali quia cum hoc non expellat gratiam
non habet annexum tale debitum et ita non impedit equa
litatem satisfactionis nos vero supposita donatione auxilij in utroque
casu asserimus ideo posse hominem pro veniali satisfacere, quia ejus
actus potest esse equalis et majoris valoris, non tamen posse pro mortali
quia nunquam illud potest aequare modo dicto sec. 3a et 5a q. precedentis
Sit 2a conclusio; hec satisfactio hominis justi pro veniali longe distat
à perfectissima satisfactione Xpi Domini pro veniali, et non est
omnino perfecta et de rigore justitie, 1a pars constabit ex dicendis
infra de perfectione satisfactionis Xpi Domini. 2a vero probatur bre
viter omissis aliorum inefficacibus probationibus, quia talis
satisfactio potest exigi à Deo ob alios titulos, et cum
finitum valorem habeat non poterit pro omnibus ad aequalitatem
sufficere, et ita Deus non tenet eam acceptare negative
tive: sed quod contendimus in hac q. actum contritionis aut cha
ritatis hominis justi ex se et in actu primo here equalem immo ma
jorem bonitatem quam malitiam habet peccatum veniale
Ex his constat ad rationem dubitandi, non enim ideo pura
creatura nequit satisfacere pro peccato mortali ad
equalitatem quia est utcunque offensa Dei, sed quia est gravis

offensa; et hinc finitus excessus sit malitiae mortalis ad veniale est in diversa linea, et ita bene stat quod pura creatura nequeat condignas satisfactiones offerre pro mortali, possit autem pro veniali proprio, non tamen poterit pro alieno nisi fiat caput morale, ut possit mereri et satisfacere pro aliis de condigno, vide quae praecedenti sec. 6ª.

Sec. 2ª.

Argumenta contra dicta et solutiones.

1.us arguitur: remissio peccati etiam venialis est opus divinae gratiae et misericordiae ut constat ex Scriptura, conciliis et PP.^ibus qui in hac parte eodem modo loquuntur de omnibus peccatis; ideo enim in gratia dicitur Lucae 5°: quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? et ad Rom. 4° Paulus docet peccati remissionem gratis fieri à Deo, ubi sanctus D. Thomas 3ª parte quaestione 87 art. 4° corpore loquitur etiam de venialibus; ideoque etiam justi in oratione dominica Matthaei 6 petunt venialium remissionem per illa verba: dimitte nobis debita nostra ut docet Triden. ses. 6 de justificatione cap. 11 talis autem oratio signum est necessitatis gratiae ad id quod petit ut saepe docent PP.^es in simili contra Pelagianos, ergo signum est non posse afferri ab homine condignam satisfactionem etiam pro venialibus. Dicitur quia secus non dicerent remitti aut dimitti à Deo, dimittere enim proprie signat, gratis et liberaliter condonare debitum, quod autem ad aequalitatem solvit debitor, non dicitur remitti à creditore. Respondetur; ea testimonia solum denotant, contra Pelagianos non posse remitti venialia ex solis

viribus nis id requiri auxilium gratiae ad eam satisfact:
efficiendam, cum debeat esse ordinis supernatis. Confir.
Etr, quod debitor soluit ex bonis acceptis misericordi=
ter a creditore, & tr etiam dimitti debitis.

2. arguitur: si justus ex justitia satisfacit pro peccato
veniali, sequitur Deum non posse ulla ratione non acceptare eas
satisfactiones, ac proinde non posse eum privare aeterna Bea=
titudine aut punire in aeternum pro unico solo veniali;
quod tn est contra supremum Dei dominium supra oes creaturas.
Confir. quia oblata ea satisfact. si posset Deus illam non ac=
ceptare, posset adhuc justum pro eo peccato pro quo
satisfecit punire, praesertim si nulla inter fuerat
divina promissio de acceptanda satisfact. quod tn durus
videtur. R. ad argutum, si nulla intervenerat
divina promissio, bene poterit Deus eam satisfactiones non
acceptare; posset etiam privare justum Beatitudine in
aeternum, aeternis quoque cruciatibus addicere sicut et anni=
hilare, cum sit supremus dominus oius, tn nec Deus
id faceret ut judex sed ut Dominus, nec ea perpetua
negatio Beatitudinis et cruciatus haberent rationem poenae
seu supplitij, quia peccatum veniale ex se non meretur poe=
nam aeternam, in quo differt a mortali sive Originali
sive personali, et pena in ratione poenae non potest dari nisi iuxta
meritum delicti, quam doctrinam bene explicat Suar. citans
rejectis aliis. Ex R. G.

Dices, in damnatis luit peccatum veniale pena aeterna
quod non est proprium peccati venialis habere solam penas
finitas in duratione. R. per accidens id contingi quia

puni

jungit cum mortali et non supponit in subiecto prius sanans faciendi atque adeo reddit irremissibile, de quo plura DDres 1.a 2.ae ad q.e 85 art. 5.o. Ad 2.m dicitur, si Deus non acceptet satisfactionem justi sed pro alio titulo acceptat opus propter supremum dominium quod habet, justus non satisfecit vere pro veniali, et ita puniri potest, sicut non qui sine pacto laboraret in vinea alterius non posset obligare ex justitia dominus vineae ut reddat mercedem, vide sup.a q.e 3.a sec. 3.a in 7.a conditione.

Quartum argumentum: peccatum veniale videtur esse offensa infinita Deus quia consequenter habet malitiam non aequabilem a bonitate actus purae creaturae, cum gravitas offensae praecipue sumatur a persona offensa, valor vero satisfactionis a satisfaciente q.e praecedenti sec. 3.a. Respondetur cum peccatum veniale sit leviter offensa non destruens amicitiam, et ex alia parte valor satisfactionis sumatur etiam ab honestate operis, quamvis persona satisfaciens ita distet a persona offensa pro veniali, tenetur illi satisfacere per actum contritionis aut charitatis modo sup.a explicato, quia ab omnibus penitentis aequale immo majus obsequium reperitur in prudenti aestimatione illi offerre,

Q. 9.a

V. Christus Dominus satisfecerit pro peccatis totius generis humani etiam venialibus?

Varie erraverunt heretici circa materiam praesentem; Pelagius non asserebat homines antiquos qui ante adventum Christi Domini extiterunt, a gratia ipsius non fuisse reparatos, de quo S. Augustinus t.o 7.o lib. 2.o de gratia Christi secundo peccato

Originali cap. 26. Abailardus vero negat Filium Dei assumpsisse carnem ut liberaret homines a potestate et servitute Daemonis de quo S. Bernardus epistola 109, similique modo errarunt alij plures hæretici.

Sit conclusio de fide. Christus Dominus satisfecit pro omnibus peccatis mortalibus totius generis humani sive quæ fuerunt ab initio mundi sive quæ omittentur usque ad finem illius. Ita clare docet Scriptura de meritis factis Christi Domini, 1.ª ad Timoteum 2.º: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus; ad Heb. 9.º: æterna redemptione inventa; id est quæ vim habeat ad expianda delicta omnium seculorum; ad Rom. 3.º in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento, et rursus, propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, qua scilicet patienter spectavit pretium redemptionis remittendo peccata in ordine ad illud: 1.ª Ioan. 2.º; ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius mundi, multa ibi erudite Salmeron tomo 16 disputatione 11.ª Ideo dicitur Apocalypsis 13, agnus occisus ab origine mundi, quia ut explicat ibi Viegas et Vasquez hic disputatione 77 cap. 6.º n.º 26, pretio mortis ejus futuræ in spe salvi facti sunt, quotquot gratiam Dei sunt consecuti, et fructus ejus passionis ex tunc cæperunt colligi anticipata solutione.

Itaque Christum Dominum satisfecisse non solum pro peccatis hominis qui fuerunt post illius adventum, sed etiam aliorum omnium præcedentium, idque cedit in gloriam copiosæ ejus redemptionis. eamdem doctrinam passim docent Patres et concilia præsertim Tridentinum sessione 6.ª de justificatione cap. 2.º et 3.º et Doctores hic et infra quæstione 48 ubi de efficacitate passionis Christi Domini. Satisfecit quoque quantum est ex se etiam pro ijs qui erant damnati et pro pueris in limbo existentibus, licet in illis nulla est via salutis: quod bene explicuit Salmeron citatus exemplo quodam Beatæ Brigittæ.

Sit

Sit 2ª cc° de fide: Xpus Dominus satis fecit etiam pro oībus pecca-
tis venialibus hoium, 1ª Ioan. 2°, sanguis Xpi emundat nos
ab oī peccato, ubi sermo ē de venialibus etiam ut patet, cum
subdat, si dixerimus qm̄ peccatum n̄ habemus &c. q̄d de mor-
tali solum intelligi n̄ potest: et in grali oīa loca Sptrē scilicet
et Ppus que in coī docent Xpum Dominum satis fecisse pro
nris peccatis, loquunt etiam de venialibus: secus si pro venia-
libus Xpus Dominus n̄ satisfecisset, n̄ posset quis accedens cum
solis venialibus ad sacramentum peniē, sacramentaliter ab-
solvi virtute passionis Xpi Domini, et qui in vita caruit mor-
talibus ut Baptista et alij, solum dicerent redemptus ab ori-
ginali culpa n̄ ab actualibus q̄d dici n̄ potest. Unde sicut
ex infra dicendis nec minima quidem particula grīe con-
cessa fuit aut sedet nisi propter merita Xpi Dñi, ita
nec minima culpa remissa fuit aut remittet nisi prop-
ter satisfactionem Xpi Dñi, oēs q̄ n̄ qui peccant egent glā
Dei ut supª dicebamus q̄c 4ª sec. 2ª, q̄ª ut diximus q̄ grīce
Deum nulla pura creatura potest ēo perfecte satisfacere
etiam pro veniali.

Sit 3ª cc° de fide: Satisfactio Xpi Domini fuit quidem
quoad sufficientiam respu oīum hoium, n̄ tñ quoad effica-
ciam, hoc ē h ex pte sui sit sufficiens cum positis debitis requisitis
ex pte hoium, de facto salutem sequant, caret quoad effectum
liberandi à peccato extensive solum ad eos qui applicat supp-
positis requisitis; applicat aut parvulis p sacramta,
adultis v° etiam p proprias dispositiones cum auxilio grīe: ideo
Mathei 26 dr, hic ē n. sanguis meus novi testamenti, qui
pro multis effundet in remissionem peccatorum, ubi notat sa-
dici effundi pro multis quoad efficaciam, cum quoad stat
quoad sufficientiam pro oībus effusus fuisse, addit q̄ etiam
in Sªra multos sumi pro oībus et ita sensus esse ēe pro oībus

qui scilicet fututi sunt multi. idem docet Tridentinum sessione 6 cap. 3 initio his verbis: et si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ij dumtaxat quibus meritum passionis ejus communicatur. eamdem distinctionem sufficientiae et efficaciae tradidunt Theologi communiter meritis Christi, vide Suar. infra disp. 4 sec. 1 post initium etc. Cum autem dicimus Christum Dominus satisfecisse pro omnibus peccatis hominum, intellige tam quoad penam quam quoad culpam, hoc de fide certus est bene probat Suar. hic disp. 4 sec. 3 § dico 2°. Alioquin Christus Dominus sua morte non aperuisset hominibus plene januam regni celestis quae culpis et penis intercludit.

Sit 4a conclusio de fide: Christus Dominus fuit omnium redemptor proprie et vere totius generis humani et pro omnibus mortuus est nullo prorsus excepto. ita notat Suar. tomo 2° in 3 partem disp. 3a sec. 2a initio, quia id clare docent Sacrae litterae et semper tenuit Ecclesia. Unde etiam credimus Beatam Virginem proprie et in rigore fuisse redemptam sed redemptione quadam nobiliori nempe praeservativa, ad quam sufficit debitum remotum incurrendi originale de quo plura in materia de praeservatione B. Virginis. Angelorum vero non fuit Christus Dominus redemptor neque pro illis mortuus est proprie loquendo, quia ut bene notat Suar. tomo 1° in 3am partem disp. 42 sec. 2a non dicitur proprie redimi qui nec in se nec in sua radice fuit sub peccato, de quo plura Doctores infra ad quaestionem 19. Et tamen illorum sanctificator, justificator et glorificator atque caput cum sit humanitatis de quo infra: verum quia per gratiam Christi Domini praeservati fuerunt a peccato qui non ceciderunt, ex illud quod in simili dicebat Augustinus tomo 1°, lib. 2° confessionum cap. 7: Domine gratiae tuae deputo et quaecumque non feci mala. et

infra; oia mihi dimissa ee fateor et que mea sponte feci mala et que te duce non feci.

Dices 1o contra. obies: non dr devictum fuisse Diabolus et peccatum nisi post passiones Xpi Dni. Ioan. 12: Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Ad collosien. 2o: delens qd adversus nos erat chyrographum decreti, qd erat contrarium nobis, ipsum tulit de medio affigens illud cruci et expolians principatus et potestates traduxit confidenter palam triumphans in se met ipso. Ubi Xpi Dni satisfa. pro nos egregia misericordia et virtutem debimus peccati optime declarat per metaphoras desumptam ab ijs qui debent per chyrographum, qd lacerat cum solvit debitum vel remittit. Ergo satisfactio Xpi Dni non habuit vim ante suam existentiam ergo ab eo non satisfecit pro peccatis huius precedentibus.

Rndetur cus Diabolus et peccatum per gratias vincantur, et ea ab origine mundi collata fuerit per Xpum Dnm, non potest negari ab eo tempore devictum fuisse diabolus et peccatum a Xpo Dno. quia tamen uberior gratia cepit ee a morte Xpi Dni et tunc potissime expulsi fuere Daemones ex templis idolorum ubi colebant, ideo potissime ij effectus refferuntur ad tempus passionis Xpi Dni, quia tunc actu solutum e pretium cujus spe hec oia antea fiebant, vide Vasq. to 1o in 3a parte disp. 77 cap. 7o et ideo Augus serm. 197 de tempore adventus Xpi ait Daemones tunc fuisse veluti canem ligatum, qui ante ipsius adventum solutus erat.

Bene ex explicat idem Vasq. citatus disp. 1a cap. 1o qualis fuerit potestas daemonis in homines per peccatum, non solum quatenus est minister divine justitie in sortes, sed quia per peccatum

primi parentis mansere expositi tentationibus Demonis, Ilium autem liberati per Xpum Dnus quarenus et illis auxilia promeruit quae resistant tentationibus, et dedit vires ad plene satisfaciendum de rigore justitiae etiam pro venialibus, modo applicari quod precedenti; vide Tricassensis 6a de justificatione cap. 1o.

Nec obstat quod ex infra dicendis si sola fuissent in mundo peccata venialia, Deus non incarnaretur ad illorum redemptionem, ex hoc enim non sequitur creaturas non indigere redemptione Xpi Domini etiam pro venialibus, ut bene notat Vasquez citatus disp. 3a cap. 3 n. 12, sed malitias venialium non esse sufficiens motivum ut pro illis solum redimendis Deus incarnaretur de quo disp. seq.

Cap. 7

An valor satisfactionis Xpi Dni non solum adaequaverit sed etiam excesserit offensas, atque adeo fuerit non solum aequivalens et condigna sed etiam superabundans?

Sec. 1a

Resolutio quaestionis.

In primis aliqui heretici apud Vasquez hic disp. 5a cap. 1o asseruere dignitatem operis Xpi Domini emanasse a tota Trinitate acceptante: et Calvinus apud Canisium in praefatione lib. primi de corruptelis verbi Dei § profferamus docuit si quis simpliciter et per se hoc est independenter ab acceptatione Xpum Dominum opponere vellet judicio Dei

n̄ fore merito locum q^a n̄ reperit in Xp̄o hāc dignitas quo posset Deum promereri. Nec desunt aliqui scholastici qui idem videant sentire ut Durandus in 3° distinct. 20 q 2^a et in 4° distinct. 15 q. 1^a, Scotus ibidem q^e unica. Gabriel q^e 3^a art. 3°, Ioannes de Medina codice de poenitentia 3° q. 1^a, Franciscus de Victoria in summa theologiae 20 q^e unica art. 6°, cujus argumenta solvemus infra q^e 11^a ubi de valore satisfactionis Xp̄i Domini, et alij quatenus asserunt neque ullius creaturae neque Xp̄i D̄ni apud Deum ee meritum et satisfactiones simpliciter condigna sed ex acceptatione ipsius Dei q^a ultro ea satisfactione et merito vult ee contentus. Aliqui t̄n ex hijs authoribus explicationes admittunt et quidem Scotus loco citato in 4° § quantum ad istud sic ait: Deus n̄ disposuit sibi reconciliare inimicum nisi p̄ obsequium magis gratum, quam offensa ejus erat sibi displicens, et tale obsequium ejus ē passio Xp̄i et meritum ejus: Ecce Scotus credit satisfactiones Xp̄i Domini habuisse plus bonitatis quam malitiae habuerat peccatum, illud n. magis Deo placet q̄ma ... bonum est.

Sit ce°: Valor satisfactionis Xp̄i Domini n̄ solu adaequavit sed etiā excessit offensam, ita ut magis in infinitum honoratus fuerit Deus p̄ ejus satisfactionem, quam dehonoratus fuerat p̄ peccatum, atq adeo talis satisfactio fuit aequivalens et condigna n̄ ex favore seu acceptatione extrinseca Dei supplentis valorem, id p̄se et ex dignit^e satisfacientis, atq adeo ex se propter valorem intrinsecum n̄ solu erat sufficiens pretium ad redemptionem generis humani, sed etiā superexcedens. Ita sententia communis scholasticorum, immo oppositum ... Bartholomeus

Medina hic q. 1ª art. 2º pag. 70 in probat. ult. seculeare
Xpum ex Scripturis. Suar. disp. 4 sec. 7ª ccl. 3ª ait il
lam nec videri probabilem nec piam nec fidei satis
consentaneas. Cabrera q. 1ª art. 2º disp. 4ª ccl. 2ª § 3
ait eam esse oio improbabilem ut pote pars contra divi
nis literis pontificus et sextis decretis ac PPus
doctrine. Albertinus in 1º princ. q. 28 Theologica dubi
tatis 2ª nº 4º ait nram esse certam, illam latissime
probant PPes citati et Vasq. ubi sup. a cap. 2º.

Pbi 1º ex Job cap. 6º: Utinam appenderentur peccata
mea quibus iram merui et calamitas quam patior in state
ra (idest in Xpo Dno) ingerunt! Gregor. 7 moralium cap.
quasi arena maris hec gravior appareret. psal. 129
copiosa apud Deum redemptio, Isaie 10: consumatio
abreviata inundabit justitiam, et cap. 40: completa
est malitia ejus, dimissa est iniquitas ejus, suscepit
de manu Domini duplicia pro cunctis peccatis suis
que ora ad sensum nrm esse explicant multi PPes et
interpretes ibi.

Item probat Paulus ex professo ad Rom. 5º toto ar
gumento a minore ad majus. Adamus potens fuit
damnare totam posteritatem, ergo multo magis Xpus
Dominus vivificare: non sicut delictum, inquit, ita
et donum, si n. unius delicto multi mortui sunt, mul
to magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu
Xpi in plures abundavit: perpende illud multo
magis et illud in plures, d[?] n. Vasq. et Albertinus
citati asserunt ibi nº esse comparationis, idest ex greco idem ac
esse in multos, eamque abundantias accipiendas esse
penes valorem non penes numerum, quam interpretat
tiam dedere tres pontifices Cajus[?] epistolas decretali, [illegible]

petus epla 1.a, et Idearg Leo epistola 65: tn bene poterit ets in rigore accipi dcet comparative, quatenus redempt. xpi Dni ex se potens erat ad salvandos plures hoes quam peccatus Ade ad perdendum. Adde ets meritis xpi Dni profuisse B. Virgini et Angelis, qq. n nocuit peccatus Ade. idem proseqt ibi Paulus: n sicut per unum peccatus ita et donus nas judicium quidem ex uno in condemnatioes gratia autq ex multis delictis in justificatioes. hoc e unum peccatus ab Adamo in posteros deribatur at a xpo Dno liberatio n tantz ab illo sed ets ab oibus actualibus que posteri addunt. ——

Confirmat idem Paulus ad Heb. 7 ponens discrimen inter sacerdotes leviticos et xpum Dnus ex valore et ubertate sacrificii ipsius; ideo n. in n. ra n. semel xpi Dni satisfactio et emptio et redemptio, redimere n. e pretio dato rem que antea sua erat et aliquomo perdiderat adquirere, emere v.o e pretio ius dominium talis rei adquirere; et ad utramque ut propria sit equalitas pretii req. rit, unde xpus dr redemisse nos sibi ut Deo emisse v.o sibi ut hoi, q. per satisfactioes pro nobis oblatam speciale jus et dominium adquisivit in nos x illud psalmi 2.i; postula a me et dabo tibi gentes hereditates tuam. ——

2.o pbr ex PP. et quidem innumera n.t PP. testimonia pro nra cc.e, cum cc. loca citata ad. re tum ets apud DD.res citatos, pauca refferro. Chrysostim. homil. 11 in cap. 5 ad Rom. ait: solutionem xpi supra debiti peccatorum, infinitam

pelagus immensus infinitorum talentorum respectu pau-
carum guttarum aut decem nummorum; Athanasius in evangelium
de passione D[n]i ait; Xpus in passione sua parva magnis com-
pensasse. Nazian. orone 42 dicit unam guttam sangui-
nis Xpi sufficientem fuisse ad perficiendam redemptionem nostram.
Idem scribit et Pontifices non semel asseverant; scribit
Tribunensis cap. 29 notat idcirco in consecratione calicis vi-
num quod sanguinem Xpi signat, in majori quantitate admisceri
quam aquam quae signat populum ut ostendat majorem esse
majestatem sanguinis Xpi quam populi fragilitatem, hoc est majo-
rem esse valorem et pretium; Caius epla 5a decretali asse-
rit validius fuisse donum liberationis quam debitum servitutis;
Clemens 6us in extravagante unigenitus de poenitentijs et remissionibus
ait merita Xpi quae sunt in thesauro Ecclesiae non posse exhauriri
ratione debiti, quod hic, inquit, veluti quoddam profluvium co-
piose effuderit, una gutta sanguinis Xpi sufficere po-
tuit pro redemptione generis humani, subdit rationem, prop-
ter unionem cum Verbo; et ibidem ait Xpus Dominus
suis meritis et satisfactionibus adquisiuisse infini-
tum thesaurum hominibus. In quibus verbis ut patet non recurrit
ad favorem aliquem extrinsecus aut acceptationem Dei sup-
plentis valorem, sed ad valorem intrinsecus ex unio-
ne cum Verbo. quod innuit Paulus ad Heb. 5o cum ait; ex-
auditus est pro sua reverentia cum esset filius Dei; idest
pro honore et reverentia ei debita ex unione ad Verbum,
ut explicant ibi Chrysost. Ansel. Hugo, Gagnejus notat
vocem grecam signare passive pro sui reverentia; et alij
explicant, pro reverentia qua semper Patrem prosecutus est:
et certe utrumque sensus locus admittit, vide interpretes
ibi. Testimonia adducenda quae sequuntur a fortiori pro-
bant hanc conclusionem.

Accedat duplex ro pro eadem verit. à priori atte
nim ex sup. dictis q. 4 sec. 3 sicut gravitas offen
se auget ex dignit. psonae offensae, ita valor satisfac
tionis ex dignit. psonae satisfacientis, cum q. psona
xpi Dni sit divina, ejus satisfact. debet ee saltem qualis
gravit. peccati mortalis q. q. e gravis offensa Dei
um, habet tantas malitias: imo necessario debet ee
longe majoris valoris, nam in satisfact. xpi Dni psona
divina à qua sumit ejus valor concurrit p modum fae
intrinsece quasi fa ipsius operationis dignificando
illam sm totius ee suum q. e talis dignificatio, et ideo
ex lumine ips. re donum Regis magis stimat quo illi
erat magnificentissimum v.g. vestis qua induetus erat, annulus
quem gestabat &a, at vo offensa sumit gravit. eas à psona
offensa tanquam ab obo atq alias tanquam à fa extrin
seca seu tro extrinseco, unde ex ea n redundat tanta
gravitas in offensas, ac resultaret dignitas in satis
fact. si illas operaretur, sic n. satisfact. tribuit suppo
sito, at vo offensa n tribuit obo; Unde provenit satis
fact. xpi Dni here longe majorem bonit. es ex eo q. oriat
à psona divina, quam peccatum habet malitiae ex eo
q. oppinat psonae divinae. quam tamen bene p. sequitur
Alterius etiam, quia q. n i bene infert ex ea q. ego si con
cedat offensas ee infinitas, adhuc valor satisfactionis
xpi Domini quamvis esset finitus excederet offensam, q. a
constituit in altiori ordine quam sit injuria, ex eo q. resp
piciat psonam divinam tanquam fam intrinsecam: sicut
e contra eq. si creatura haberet infinitas physice gratias
habituales n posset satisfacere equaliter pro malitia
absolute finita peccati mortalis, vide supra q. 4 sec. 4

in solutione ad 2am confirmationem primi argumenti.

2a vero iam a posteriori quia ad perfectas satisfactiones pro peccatis generis humani fuit necessaria unio hypostatica ex supra dictis, supponit quod eam non fuisse sufficientem ex valore extrinseco comunicato ab acceptatione Dei gratis acceptantis, hoc est non tamen pura creatura ut supra dicebamus quia ex 5a potuit satisfacere pro peccato mortali, constatque satisfactiones Christi Domini esse et ab intrinseco habuisse tantum valorem ut condigne posset satisfacere pro peccato mortali, quo autem pacto valor comunicetur operibus a persona divina in Christo Domino et an sit infinitus infra in suo loco examinabitur.

Sec. 2a

Argumenta contra dicta et solutiones.

Obiicies 1o: Paulus ad Colocenses 1o ait; adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia, supponit quod Christi satisfactionem non solum non fuisse superabundantem sed nec sufficientem alioquin non esset in ea quod a Paulo impleret. Contra vero haeretici obiiciunt non esse necessarias nostras satisfactiones, si satisfactio Christi Domini fuit redundans. Respondeo 1o cum Barhabium ibi Paulum appellare passiones Christi passiones quas patiebatur pro Christo et ita sensus est: pergo patiendo labores qui mihi pro Christo tollerandi supersunt.

Sed melius 2o Respondeo ibi loqui de Christo Domino ut capite nostro, ergo licet Christus Dominus in se jam passus est satis superque, adhuc oportebat in suis membris mysticis pati, hoc est, fideles qui sunt eius membra pati ut illi conformiarent, hoc Paulus intendebat predicando et exhortando ad labores tollerantias. 3o loquendo de passione Christi Domini in se illi deerat applicatio quoad efficacias ut eius illius fructus

gauderent, hoc Paulo conabat assequi: sic cibo aegrotis in se condito cooperatur qui aegrotum comedere fugientes ad illum allicit. Ab haereticorum rhegnam Rº ali ud est loqui de valore satisfactionis, aliud de voluntate satisfacientis: igitur licet Christus Dominus redundantem satisfactionem obtulerit, voluit tamen applicari adultis non nisi cum dispositione fidei, poenitentiae etc. quod et in ipsius gloriam cedit et in nostram utilitatem de quo alibi.

Obiicies 2º ex Durando in 3º distinctione 20 quaestione 2ª nº 6º, si satisfactio Christi Domini ex se et ab intrinseco esset condigna et superabundans, etiam si per impossibile peccasset ipse mortaliter, adhuc satisfecisset, hoc autem videtur absurdum quia tunc Christus esset inimicus Dei, et consequenter eius opera non possent illi esse accepta. Respondet Suar. hic disputatione 4ª sect. 3ª § sed hinc oritur talem conditionalem esse indignam quae assumat et esse impossibilem, ex eaque sequi quodlibet quod scilicet Christus satisfecisset et non satisfecisset. Sed immerito refugit illam cum nihil peccatur in esse et tale genus quaestionum utilissimum sit ad rationes formales rerum cognoscendas, ut cum examinant Theologi an si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, ab illo distingueretur realiter, et tamen omnino impossibile est quod non procedat a Filio: Neque ex uno impossibili in qua libet consideratione sequitur quodlibet immediate et directe sed una pars destructa, quod bene docent Conimbricenses 1ª parte dialecticae l. 4 cap. 1º et Albertinus in 1 principio c 3ª philosophica exemplum sit in hac hypothesi, impossibili quod homo non sit rationalis, sequitur per se et directe quod non sit risibilis, quia risibilitas oritur a rationabilitate: cum vero dicitur ex uno impossibili sequitur quodlibet, intelligitur remote et ab extrinseco quatenus qui unum admittit facile ad alios errores labetur.

2.° R.et Vasq. hic disp. 5.ª cap. 7.° n.° 57 in ea hypothesi si xpum n. posse pro suo peccato perfecte satisface re, q.ª p. peccatum maneret ejus humanitas Deo offensa et inuisa et consequenter priuata oi sanctifica tione oiq. auxilio gr.e Dei, et ita n. posset perfecte pro illo satisfacere propter debitum carendi auxilio ad actum contritionis et dilectionis Dei eliciendus, vide sup.ª q.e 4.ª sec. 5.º: Addit tn n.º 54 posito actu contritio nis in eo casu cum ea humanitas maneret sanctifica ta, lz pro suo peccato n. potuisset perfecte satisfacere nihilominus pro aliorum peccatis posset condigne satisfa cere propter suorum operum condignitatem. Sed jam loco citato ingrati ostendimus tale debitum ca rendi auxilijs posse n. impedire condignitatem satisfactionis.

3.º Gerv. Vega lib. 7.º sup. Tridentinus cap. 9.º et Al bertinus in 1.º princ.º q.e 18 Theologica dubitat.e 2.ª n.º 13 in eo euentu xpum satisfacere potuisse ad equalitatem q.ª ejus satisfactio e equalis non ex gr.ia sed ex justitia et ex na valoris propter infinitas dignitatem sup positi: pro quo etiam videant facere verba Ciriti in concilio Ephesino in ep.la ad Nestorius que c. 20 inter ep.las Ciriti: Qua igit egeret (scilz Xpus) oblatione nullo suo existente facinore, pro quo si eet, sane ad modum conuenienter offerret? Sed ea verba lz ita sint apud Surium, melius tn noster Peltang t.º 1.º concilij Ephesini cap. 14 aliter vertit ex greco scilz, qua igit indigebat oblatione, cum peccatum cujus causa hostia jure merito offert, nullum admisisset.

4.º Cabrera hic q.e 1.ª art. 2.º disp.e 4.ª § 4.º n.º 61 ait, si di cat opera xpi Domini accipere valorem a persona diuina quasi physice procedere, cum erit xpus quantum eq si eet in puro ho mortali, potuisse condigne satisfacere pro se et aequalis ter.º dicat n. solum quasi physice sed etiam moraliter d[illegible]

cari humanitati Christi proprii a persona Verbi, dicendum est in ea hy
pothesi nec pro sua culpa nec pro alienis posse satisfac
re: sed omissis his et alijs solutionibus, quae aut falsa con
tinent aut maiori indigent explicatione.

R.o si Christus Dominus haberet peccatum mortale retenta unione
hypostatica sive haberet simul gratiam habitualem sive non
haberet; attenta malitia peccati mortalis non esset amicus Dei
moraliter sed physice et gratus physice ut in simili dicitur
in materia de gratia de homine habente peccatum mortale simul
cum gratia sanctificante de potentia absoluta, et ita non posset
satisfacere moraliter neque pro suo peccato neque pro alienis
quamvis valorem physicum sufficientissimum offerret, cum videlicet ori
retur ea satisfactio a persona divina et ita similem valo
rem physicum nulla pura creatura posset offerre: si tamen
videret quod ex alia parte cum retineat unio hypostatica Christus
Dominus maneret adhuc filius Dei naturalis et non adoptivus; cuius
proinde ex debito connaturalitatis debetur gratia et dignitas
moralis: [illegible] peccatum non [illegible] amittunt naturaliter debita sed
gratiose; satisfacere posset etiam moraliter pro suo pecca
to. Itaque ex vi malitiae peccati mortalis sequitur quod non
posset satisfacere, ex vi vero filiationis naturalis sequitur quod
posset satisfacere, non tamen ex qualibet parte sequitur quodlibet.
In eadem hypothesi si Spiritus Sanctus v.g. incarnaretur posset
ad aequalitatem satisfacere pro peccato mortali Christi Domini
sic enim inter duos Reges aequales si unus alterum offendat
locus datur aequali satisfactioni.

Caeterum quidquid sit de hypothesi impossibili dicta, cum
Christus Dominus sit ab intrinseco impeccabilis sanctissimusque et
infinite gratus Deo ut pote unigenitus aeterni Patris fi
lius bene potuit pro nostris peccatis condigne et superabundanter
satisfacere attento valore intrinseco suarum operationum. alia

argumenta in oppositum proponent et solvent in sequentibus.—

Q. 8a.

V. Satisfactio Xpi Dni fuerit de toto rigore justitiæ?

Quæstio hæc gravissima et celeberrima inter Theologos et ideo exacte examinanda erit quamvis ex sup. dictis in q. 3a non ita difficile sit illius resolutionem colligere.—

Sec. 1a.

Variæ sententiæ et quæstionis resolutio.

Scotus, Durandus, Gabriel, Ioannes de Medina citati q. præcedenti et Franciscus de Pitigianis in summa Theologiæ disp. 20 q. unica art. 6, consequenter negant satisfactionem Xpi Dni fuisse de rigore justitiæ; probant ex eo quod conditiones supra assignatæ q. 3a ad rigorem justitiæ non intervenere in satisfactione Xpi Domini. Deinde noster Vasquez quamvis q. superiori concedat satisfactionem Xpi Dni fuisse in valore condignam et superabundantem, disputat tamen 8a et 9a satis ostendit non fuisse de rigore justitiæ, huius totum ad hæc duo puncta reducit. Primum est neque justitiam commutativam neque distributivam proprie reperiri in Deo neque in Xpi Dni satisfactione aliquam justitiam proprie dictam intervenisse sed latiori significatione. Alterum est Xpi Dni satisfactionem solum dici posse de rigore justitiæ quatenus rationem meriti in qua est aliqua similitudo justitiæ exactissima fuit, nihilominus indiguit favore acceptationis et liberæ remissionis. Demum disp. 1a cap. 8o addit modum istum loquendi de rigore justitiæ recentem esse et à tempore solum Aureoli originem trahere, nec antiquiores Theologos aliud invenisse quam Xpi Domini satisfactionem fuisse condignam et perfectam,

quare videt authores oppositæ sententiæ quam unanimi consensu scholasticorum firmare conantur.

Sit concl. satisfact° Xpi Domini esse de toto rigore justitiæ. hanc concl.es expresse tris recent. Soto lib. 3° de na et gratia cap. 6° post concl.es 1.ad; Vega lib. 7° in Triden. cap. 8° et 9° Ferrara 4° contra gentes cap. 54 dub. ult°; Ledesma 2a quarti q. 1a art. 2° dubio 1°; Floreriis isaie 40 n° 2°; Caetanus in caput 1us ad ephesios sec. 3a digressione de justificat.; Martines lib. 3° hypotyposeon cap. 1 q. 3. Joannes Vincentius in relectione de gratia Xpi q. 5a pagina 268 concl. 2a et à pagina 369, Henrriquez tomo 1° summe lib. 2° de pœnia cap. 18 n° 2° litera M. Albertinus in 1° primo q. 28 theologica dubitat. 3a; Belthanus de satisfact. Xpi cap. 8° et sequentibus, communiter interpretes hic. Valentia disp. 1a q. 1 puncto 5° à § 5 quæritur, Suar. disp. 4a sec. 5a et 6a; Bartholomeus Medina q. 1a art. 2° pagina 66 à § et aliaque his concl. 1a; Cabrera q. 1a art. 2° disp. 4a 7 et alii innumeri. Enquidem Henrriquez citatus ait oppositas tam videri temerarias et impiam, refferensque in glossa litera M alios eam appellantes periculosas, impias, blasphemas et sacrilegam, sed excessit nimis in ea censura, cum sa opposita Gabrielis Vasquez modo ab eo explicato probabilis sit, excessit etiam Cabrera citatus n° 49. asserens hanc tam ut certam recipi ab omnibus fere theologis et n° 20 communem Ecclesiæ sensum ita semper sensisse. Sanj quod est hanc nostram tam esse longe probabiliorem, magis consonam doctrinæ Sanctorum et equus et gloriæ Xpi Domini communiterque inter Recentiores, porro D. Thomas et Antiquiores casteris tenentibus has quarentes satisfact. Xpi Domini omnibus numeris absolutas et exactas prædicant, quod sine rigore justitiæ diuris quampar est verificari.

Probat Valentia hanc concl.es ex Sacra Scriptura reducendo ejus testimonia ad 4or gra. usque eorum in qq. absolute ilius quis humanum

redemptum et emptum fuisse p Xpum Dnum 9 et voces sona
strantur justitiæ. 2us e eorum in qq idem cumquadam
ety emphasi et exageratione affirmat ut psal. 129 copiosa
apud eum redemptio &a. 3us e eorum in qq signat redem
ptionem hanc à Xpo Domino peractam fuisse sm fras justi
tiæ et judicij ut ioan. 12. Nunc judicium e mundi, nunc
princeps hujus mundi ejicietur foras. psal. 97; revelauit
justitias suas, ad Rom. 3o. quem proposuit Deus propi
tiationem p fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justi
tiæ &a perpende illud ad ostensionem justitiæ. 4m
eorum in qq indicat peractam ee redemptionem fras cum
violentia quadam et triumpho de Diabolo in cuius po
testate eramus: ad Colocenses 2o: expolians principatus
et potestes traduxit confidenter palam triumphans illos
in semetipso: quæ via rigorem justitiæ indicant in satis
faction Xpi Domini.

A meo videri exca... urgentes testimonium sr quatenus
illa eodem tenore et rigore verborum affirmantium redem
ptionis fuisse misericordiæ ac justitiæ. Isaias 1o: Sion in
judicio redimetur et reducet eam in justitia. Escas...
consummatio abreviata inundabit justitias. Oseæ 2o; despon
sabo te mihi in justitia et judicio, hinc illud psalmi
84 justitia et pax osculatæ sr; quasi prius inter se
descrtauerint vtra earum in liberatione hominum in lucem
proditura esset, quæ discertatio videtur describi Oseæ 11 ab
illis verbis quomodo dabo te Ephraim &a. inuento tn
incarnationis mysterio summa processit misericordia
in eoq Pater æternus nobis dedit Filium suum in
redemptorem et supposita ea liberalitate exactissima
justitia subsecuta fuit in ipsa satisfactione à Xpo Dno
collata, vnde ad concordiam misericordiæ et justitiæ
reductæ fuere tam mirabili inuentione et inter se

e xoremare, neq. una alteras impedivit: R.det Vasq.
disp. 2 citata cap. 1° in ijs testimonijs n. sumi justitias
proprie q.a ea in sua sul:ione manifeste imperfectiones
aliquam includit; Addit tn. n. ideo ibi sumi metaphorice
ut cum dr. Deus dolere, tristari &c.a; sed c.mr quatenus
ibi nôe justitie n. intelligit specialis virtus justitie sed ge
neralis, vel quatenus in nra redemptione fuit equalitas et
copiosa dignitas operis xpi. & omini ut dictum e q.e prece
denti: dicit etiam, ait, de ea virtute dr servare equalitates
justitie quatenus servat equalitatem aliquas operis cuius
regula Veris, et ideo justitia dr etiam ee quedam gratis
Virtus.

R. 2.a e q.a ex ipsis verbis et contextu colligitur ibi ser
monem ee de justitia ut opponitur misericordie atq. adeo
ut specialis virtus e, unde bene notat Suar. tr. de dis.
4 sec. 5.a § Nihilominus, cum SS.ra Deo tribuat justitias
ut speciale attributum distinctum a ceteris, preter justi
tiam gratem que ab alijs virtutibus n. distinguitur nec
speciale attributum efficere potest assignandas ee virtu
tem peculiarem justitie a reliquis distinctam; ly magis
propria sit Deo misericordia quas justitia, unde ca
nit Eccla, Deus cui proprium e misereri semper et par
cere quatenus si justitia vindicativa seu punitiva sit, cum hec
supponat peccatis, Deo e violenta sit quid, vo.unt. n.
antecedente Deus vellet oes recte agere et oibus bona largiri;
si vo sit justitia distributiva aut commutativa in ordine
ad bonum, supponit misericordiam, cus Deus n. possit obli
gari ex justitia nisi ex pacto precedenti ut sup. diximus; e
unde & ijs attributum justitie sit Deo ita exprimitur ac
attributum misericordie, illud tn. hoc supponit ut vovis.

sicut attributum intell. supponit attributum volunt. . . . utrumque sit eque proprium Dei.

Neque dat urgens fundamentum quare testimonia usurp. n possint et debeant intelligi eadem proprietate, ac testimonia misericordie, cum ista et illa eodem proprio modo loquantur. Utrumque satis est ut defendatur respectu Dei n esse proprie justitiam asserere tot testimonia et modos loquendi Scripturae emptionis, redemptionis, debiti, solutionis, pretii etca n intelligi proprie. Satis esset asserere quod vult esse justitiam proprie dari in Deo ablatis imperfectionibus que in justitia creaturarum reperiuntur que tamen n sunt de ratione formali justitie sed de materiali, videl. que diximus supra q. 4 sec. 4a in solutione ad 2um, de quo etiam infra q. 10a.

Age jam Patrum testimonia referamus et quidem plura ex his reperies apud Valen. Suar. et alios, tango precipua. S. Dionys. cap. 3o de ecclesiastica hierarchia ait, Xpum vicisse justitia et n viribus; S. Gregor. Nissenus in oratione cathechetica cap. 23 ait de Xpo Dno, voluisse dare salutem e testimonium bonitatis. Quod autem tanquam ex contractu fecit redemptorem ejus qui tenebat dominatum Demonis, ostendit justitiam. Augnus lib. 8o de Trinitate cap. 14 sic loquitur de Xpo Dno: Pervenit ad passiones usque, de . . . pitoribus nostris quod ipse n debebat exsolveret. Numquid n isto jure equissimo Diabolus vinceretur, si pro Xpus cum illo ageret n justitia voluisset. Proclus homil. de Xpi nativitate in concilio Ephesino cap. 7o et 6o apud Salmanticenses: Necessarium, inquit, erat ut ejusmodi pretium penderet, quod exactus debitum adamussim justitie exequeret; si ad amussim justitie, quomodo ex justitia improprie ut vult Vasq.? Hujusmodi Patrum alia plura testimonia supra loca citata Patrum et apud Suar. sec. 6a

citata § 1ⁱˢ Breviter: D preclara sᵗ verba Anselmi lib. 2° cur Deus homo cap. 20 que retulimus supᵃ disp. 2ᵃ q. 3ᵃ; quid justius quam q. ille cui dat pretium majus omni debito, dimittat omne debitum. Ecce quo pacto ñ minus proprie et stricte ex mente D. Pˢ justitia in majori perfectione splenduit in nra redemptione quam misericordia. —

Accedat denique ro, etenim cum Xpus Dñus solverit pretium majus debito ex dictis q. precedenti et ex infra dicendis in sua satisfactione servaverit oes conditiones requisitas ad rigorem justitie, ñ ē cur dicat eam ñ fuisse de rigore justitie, et cum hoc valde cedat in ejus gloriam et commendationem, serio ellaborandum erit in efficaci hujus veritatis probane.

Pro quo tanquam fundamentum jaciendum ē, in Xpo Dño Verbum satisfecisse ut quod et humanitatem ut quo, atque ita predicte conditiones alie servant rone persone Divine, alie rone humanitatis, et oes rone utriusque ut totum est.

Neque audiendus ē Vasquez disp. 8ᵃ citata cap. 2° ubi conatur ostendere Verbum divinum ñ concurrere ad redemptionem nras ut principium quod, sed humanitatem ipsas habuisse ronem principii ut quo et ut quod, idemque in gratia docet ibi n° 24 de actibus naturis in abstracto respectu suarum operationum: unde ibi n° 23 ait hanc ñ ē veram Deus; Xpus inquantum Deus homo satisfecit pro nobis, sic n. in quantum denotaret deitatem ipsam fuisse princm satisoperationis; hanc tñ admittit, Xpus satisfecit pro nobis et meruit nobis in quantum homo Deus, quia denotat dignitatem operis provenire à Deitate ut à Ra. hec inquam doctrina falsa ē ex infra dicendis. —

tpit ut firmus fundamentus utrq ee .. in praemittuntur Verbus Divinus fuisse prius quod utroq. redemptionis et humanitatis assumptae, solum prius quo, haec humanitas fuisse instrumentus coniunctus seu proxas, Verbus vero illiq gubernativus, atq adeo cui potissime tribuatur operatio; sic calamq immediate facit characteres et tamen prium quo ad scribendum, sed scriptura manui tribuit ut prio quod quae illas gubernat et dirigit: atq ita Verbum non dr satis fecisse solum per communicationem idiomatum, ut cum dr Deus fuisse mortuus, sed re vera per se ipsus ut habens naturam humanitas, quia licet passiones ut mori, pati et cetera ejusmi illi tribuant solum per communicationem idiomatum, quia suppositum non est ita prius passionus sed actionum ac actiones proprie rationales Verbo tribuent proprie ut prio quod illarum, geraminus enim personalitas ut talis non influat in effectu de quo alibi, adhuc suppositum ipsus dr per se et intrinsece operans ut bene notavit Albertinus supra citato dubitatione 4a. idq denotat axiomate illo Aristis 1o metaphysicae cap. 1 ad medium, actiones sunt suppositorum. Licet enim late contendat Vasq hic disp. 21 cap. 3o solum significare quod actiones sint singularium materiae unde ut sic nec producit nec produit, tamen bene probat Suar. to 2o metaphysicae disp. 34 sec. 7a n. 15 et D. Tha et coi Theologorum ac philosophorum significare quod suppositis proprie et per se tribuant operationes ut prio quod, sic enim licet calor immediate calefaciat, ignis dicitur absolute calefacere, et si manus hominis alterum caedit, totus homo absolute dr caedere. Unde Aristoteles lib. 1o de anima tx 64 ait animas proprie non irasci neq edificare sed hominem per animas. quam doctrinam ut eam etiam supponit Ioannes Theologus in concilio florentino sess. 18 nec rejicit a sui

tio: Ita vero fert a Damasceno lib. 3° de fide cap. 19 et D. Thomas infra q. 7 art. 13 ubi docet omnem gratiam habitualem non fuisse priorem unione, quia gratia habitualis datur ad bene operandum, actiones autem, inquit, sunt suppositorum et individuorum (ecce utrumque coniungit suppositorum et individuorum) unde ait ergo consequens gratiam ad ipsas ordinans praesupponit hypostasim operantem &c. cumque actiones in Christo Domino moraliter et physice tribuantur Verbo ut regenti et gubernanti illam humanitatem, sicut appetitus sensitivus regitur a ratione, huic enim tribuitur quod ille efficit; Verbum divinum ad actiones nostrae redemptionis concurrit ut prius quod, et ita satisfactionis ratio sumenda est penes Verbum ut prius quod et humanitas ut prius quo, et nisi hoc prius ut ratio habeatur magnopere evacuat excellentia operationum Christi Domini et mysterii incarnationis: ergo et Verbum et humanitas ad nostras redemptiones concurrere, quod est, Patres opus redemptionis tribuunt Verbo, quod est humanitati propter diversos titulos, assignantes vero et totale satisfaciens nostrae quod salutis ea est Deus homo ita ut principalius imponitur Deus quam homo, atque adeo non ita proprie homo Deus ut recta debuit &c. Per quod potissima probatio nostrae conclusionis est dissolvere argumenta contendentia non fuisse servatas conditiones justitiae in satisfactione Christi Domini, ideo sigillatim dissolvendum est.

Cap. 2ª

Quomodo satisfactio Christi Domini fuerit ad alterum, et ex propriis.

Circa primum, prima difficultatis est nam Christus Dominus qui est satisfactor est etiam creditor, cum ipse etiam sit Deus offensus peccatis hominum cui debet fieri satisfactio; non ergo est ei satisfactio cui

ad alterum atque adeo nec ex rigore justitiae xⁱ condit. esse superabundantem; ut dixi 3ᵃ sec. 2ᵃ in 1ᵃ editione. Denique aliqui recentiores, sic disp. 4ᵃ sec. 5ᵃ § 7 1ᵃᵈ 9 difficultas Xpum satisfecisse Patri aeterno non autem sibi ipsi, atque ita ejus satisfactionem fuisse ad alterum hoc est ad personam Patris distinctam ab ipsa persona Filij. Sed hoc nullo modo est admittendum cum ex doctrina nostra et PP. Christus Dominus et ipse satisfecerit Deo et consequenter tribus personis divinis ut sunt unus Deus, cum omnis satisfactio debeat fieri illi qui est offensus et peccatis hominis et ipse offensus fuerit Deus et consequenter tres personae divinae ut sunt unus Deus, satisfactio Xpi Domini debuit fieri Deo atque adeo tribus personis divinis ut sunt unus Deus, quod aperte insinuat Paulus 2ᵃ ad Corinth. 5º dicens; erat Deus in Xpo mundum reconcilians sibi. Unde Aug. t. 8º in psalmus 29 praefatione ad enarrationem 2ᵃᵐ ait; Xpum Dominum mediatorem factum esse inter Trinitatem et hominum infirmitates; ecce quomodo sibi ipsi idem et satisfecit. Deinde omissa sententia Albertini de qua sup. q. 3 sec. 2ᵃ asserentis non requiri ad satisfactionem distinctionem realem supponitorum ex ratione nostra, respondent bene communiter Theologi Recentiores, satis esse quod Xpus Dominus ut satisfaciens habeat naturam realiter distinctam sive à Patre et Spu Sancto et à se ipso poenes includens et inclusus, atque ita satisfactio Xpi Domini respectu totius Trinitatis fuisse ad alterum non solum ratione humanitatis sed etiam ratione personalitatis, quatenus creditor est tota Trinitas, satisfactor vero est sola persona Filij ut trans humanitatem, atque ita adaequate creditor distinguitur realiter à persona satisfacienti distinctione reali includentis ab incluso: sic etiam si aliqua persona quae est pars communitatis faciat furtum aut aliam injurias toti communitati, vere potest suis bonis peculiaribus satisfacere communitati cujus etiam

ipse ē pars, et si senatores præcipiant aliquid singulis obediant legi, vᵉ exercent obedientias et tñ illᵉ partes civitatis obedeunt legem: Unde constat n̄ eē speciale in Xpo Dño q̄ sine totali distinctᵉ reali inter extrema exerceat justitia rigorosa, atq. hæc doctrina tutª ē et sufficientissima ad rem præsentem et oīo à nobis amplectenda.

Dices quid dicet de peccatis in speciali commissis cª Xpus Dnus etª ut homo erat ut de alapa inflicta tempore passionis. Ita, ecce jam tunc idem prorsq erit offensq et satisfactor, ac proinde tunc n̄ poterit intervenire justitiæ rigor.

Rᵉ et Mavi. supᵉ citatq § dicet aliquis Xpus Dominus n̄ satisfecisse pro talibq injurijs prout erant specialiter cª humanitatem (Ugini, satisfecerit Deo pro oī pena peccati debita (qª Deq ē supremq judex habens jus puniendi peccata sm quancumq malitias eorq) sed eas liberaliter condonasse, nec satisfecisse pro peccatis prout erant specialiter cª aliot hoēs: ac proinde secerit in peccatis duplicem malitias, alteras prout ē injuria cª Deus et aversio ab illo, alteras quatenus ē cª naturam humanam; et propriori ex qua potissime [illegible] rō et malitia peccati satisfecisse, n̄ vº pro posteriori. Quæ solutio et probabilis ē et à multis amplectitur: in eo tñ mihi displicet qª enervat plenitudinem et ītam satisfactionis Xpi Domini quæ major sine dubio erit si dicas illum satisfecisse pro oībq peccatis sm quamcumq illorq malitias quocumq cª si rō sumat.

Propter hæc melius alij Rᵉnt. cum Deq sit absolutissimus Dñs honoris, famæ et vitæ oīus, in se transtulisse

jus humanit.is Xpi Domini et ipsi Deo datas fuisse satisfact.ed pro illis injurijs atque hoc pacto intervenisse satisfact.m adequatam plenam à Xpo Dno obtatam pro peccantis; q. cum pole sit et ingtam. xpi Dni cessar, satis verisimile é ita dicere. 2º alij dicunt et satis probabiliter sine hac translatione juris humanit.is Xpi Dni in Deum fuisse plenissimam satisfact.em, q. cum potissima malitia peccati [illegible] sumitur in ordine ad Deum, et pro hac de rigore justitiæ satisfecerit Xpus Dnus cum accessorium sequatur nam principalis, eum satisfecisse pro speciali malitia peccator. c.a humanit.es ipsius, nec requiri q. satisfaciens distinguatur realiter à creditore in ordine ad quamcunque malitiam peccati etiam malem, sed satis ee dari eam distinctionem in ordine ad malitiam principalem. 3º alij respondent satis ee q. Deus qui é creditor principalis etiam respu talium peccator. habeat jus exigendi satisfact.em pro quacunque malitia peccati et remittendi injurias rone superioris dominij, et ita facta æquali satisfactione Deo ut Deus intelligi factam fuisse pro quacunque malitia peccati. Quælibet ex his tribus solutionibus placet et optime sustineri poterit. Ult.º hic notandum é q. licet in Ma. sæpius mentio fiat satisfactionis factæ Patri æterno, id intelligendum ee per appropriationem quandam, sicut n. illi attribuitur vindicta et dominium, ita et remissio injuriarum, re tamen vera toti Trinit.i facta é satisfactio nostra supradicta. Circa alteram conditionem q. scilicet satisfactio sit ex propriis, difficultas oritur ex eo q. Xpus Dnus nihil

habuit creatio sibi proprium. nam quidquid est creatum est sub communi totius Trinitatis dominio, quod cum sit supremum et universalissimum extendit ad omnia creata.

Rr. Triplex dominium considerari posse circa actus creatas Christi Domini, primum est titulo efficientiae, et hoc commune est toti Trinitati ut patet, et de hoc est opera Trinitatis ad extra esse indivisa. vide supra disputatione prima quaestione ad ... Secundum est titulo terminationis et sustentationis personalis quod solet etiam dici dominium quale ut bene explicat Albertinus in primo principio quaestione 18 Theologica dubitatione 3 n° 41, quod resultat ex exhibitione unionis ad alterum, et hoc non est commune toti Trinitati sed solius Verbi quia solum illud traxit naturam humanam, et hoc etiam solet dici dominium notionale seu personale ut innuit Caietanus 3a parte quaestione 48 art. 5° § Adverte. Tertius est titulo voluntatis humanae et juris humani; nam voluntas humana Christi Domini sicut et aliorum hominum, habet dominium physicae libertatis ac vitalitatis et juris moralis in suas actiones consistens a supremo jure et dominio quod Deus habet supra easdem, vide supra quaestione 3a sec. 2 in 2a conditione.

His suppositis assero Christum satisfecisse ex propriis ratione secundi et tertii dominii quae non erant omnia eo speciali titulo toti Trinitati, quod bene docent Albertinus citatus et Suar. disputatione 4 citata sec. 6 § Dices hoc ipsum, et sec. 7a § idem fere: licet n. quaelibet entitas actionis creatae sit sub dominio totius Trinitatis, non tamen ambobus titulis ... specialibus ... Adde etiam quod quamvis Deus sit Dominus omnium postquam ...

n̄ tn̄ ē dominus honoris amissi donec resarciat, et ita Xpus D.nus dedit Patri honores et obsequium amissus, ac proinde retulit aliquid cujus dominium prius n̄ habebat.

Theologus stenlit non mira proprie dici hominem assumptum fuisse à Deo quod humanitas, de qua hic agitur, Theologos. Scholasticos qui aliter loquuntur. Sed jam ea Ludovici temeraria sententia delet ex Augustini commentario jussu inquisitionis.

Duo tamen in hac quaestione notanda sunt; primus est nullam praecessisse in humanitate assumpta personalitatem creatam quae per unionem hypostaticam Verbi destructa fuerit ut docent Theologi cum D. Thoma hic quaestione 4ª art. 2º certus est, id est ex doctrina Dominus eam non prius tempore personalitatem fuerit ea humanitas quam unita hypostatice Verbo. Neque obstant verba Innocentij 3ⁱ in quadam decretali asserentis Personam Dei assumpsisse personam hominis. Respondet bene D. Thomas citatus ad 2um, sensum esse non quod praecesserit personalitas creata quae destructa fuerit, sed quod persona Verbi sua unione impedivit ne talis humanitas haberet propriam personalitatem.

2us est potuisse assumi à Deo humanitatem habentem antea propriam personalitatem ita tamen ut haec destrueret adveniente divina, in eo non nulla prorsus appareret repugnantia ut bene notarunt Suar. hic disp. 14 sect. 4ª § 2º est certus et Vasq. disp. 73 cap. 1º nº 2º. Et si D. Thomas 4º contra gentes cap. 43 contrarium videatur sensisse, notat Suarez in hac 3ª parte quaestione 4ª art. 2º id retractasse, ubi S. Doctor ut probet in humanitate Christi Domini non praecessisse personalitatem creatam, non recurrit ad impossibile sed ad convenientiam, quia scilicet frustra praexisteret cum oporteret illam corrumpi in assumptione humanitatis.

Cap. 5ª

An humanitas Xpi Dni habeat appetitum
naturalem ad suas proprias personalitates creatas
fuitque in statu violento? 9

Circa 1am difficultatem negant Cajetanus et Medina hic art. 5°.
affirmat Vasq. disp. 34 cap. 2° et alij. Utramque partem
ad concordiam reducere conatur Suar. disp. 8a sec. 3a § Et
placet, existimusque duas non posse esse de re ipsa, et magis
probat negativam partem asserens humanitatem Xpi Dni
habere quidem naturalem capacitatem ad propriam personalitatem, non
tamen appetitum, cum non debeat dici appetere separationem
a Verbo, sine qua nequit habere propriam personalitatem.

Dicimus igitur esse, si nomine appetitus naturalis et inclinationis intelligatur
capacitas naturalis ad recipiendam propriam personalitatem, sine
dubio eam habet humanitas Xpi Domini; si autem intelligatur
appetitus naturalis et inclinatio per proportionem analogicam
ad appetitum rationalem, quo natura recte constituta semper appetit
majus bonum, sic nulla ratione humanitas Xpi Dni habet
appetitum et inclinationem ad propriam personalitatem creatam.

1a pars probatur etenim potentia naturalis receptiva propriae subsistentiae
non destruitur per unionem hypostaticam, cum ea non distinguatur
ab ipsa essentia humanitatis, neque actuat et expellit per unionem
hypostaticam, quia haec afficit potentiam obedientialem, quare adhuc
retinet ea humanitas suam naturalem capacitatem ad propriam
subsistentiam et privationem illius ... non potest in actum pro-
dire dum retinet personalitatem divinam quam utramque simul
habere nequit ex supra dictis. Et sane hanc partem
solum videntur probare ea quae affert Vasquez pro sua sententia.

2a vero pars etiam probatur, quia per appetitum rationalem bene ordinatum
non solet appeti minus bonum incompatibile cum majori,

qº in eo sensu et locutione metaphorica n̄ appetit hu=
manitas proprias personalitates quas retinet diuinas,
à qua accipit effectus fratem subsistendi et infinita alia
bona, vide sup. disp. 2ª q. 2ª. Atq. ita si optio
daret ei humanit. p̄ appetitus rōnalem, procul dubio
mallet effici à diuina p̄sonalit. presertim inseparā-
biliter et amittendo proprias, quas hanc here n̄
habendo diuinas: sic mal. dus hēr ajas rōnalem, n̄
dr appetere equinas v.g. p̄ appetitus analogice sumptus
ad rōnalem, qª n̄ debet velle minis bonus amitten-
do majus, 3 habeat capacit. nalem ad illam.
Dices; intell. creatus et si habeat scias supernales
dr appetere nales et p̄ appetitus analogice sumptus
ad rōnalem. Ergo similiter in presenti. Rdeo utrumq-
que scis potest simul ee in intellu et ideo potest utrumq.
appeti, n̄ tn̄ utraq. personalitas in na. ac proinde n̄ potest
utraq. appeti mō supª explicato.
Ad 2am difficult. Rdet Vasq. citato cap. 3º n̄ ee in statu
violento qª violentia n̄ infert nisi ubi impedit efficien-
tia: at cum p̄sonalitas creata n̄ procedat efficienter à
na cujus est, nulla infert violentia si ea impediatur
adventu alterius; et cap. 4º n. 13 addit n̄ posse recte
defendi humanit. Xpi Dni n̄ ee in statu violento si
asserat subsistentias creatas profluere à na. substali cujus
est. Sed dm̄ e et si asserat personalites proprias p̄
emanat. profluere à na creata de quo diximus in metaphā
ad huc n̄ ee in statu violento in Xpo Dno qª ad violentiā
n̄ satis e q. impediat aliqua efficientia utcunq. et ines

sensu aliquis impetus naturalis efficiendi, sed requiritur praeterea quod impedimentum proveniat ab agente naturali et sit praeter naturam de quo bene Suar. supra citatus at in praesenti casu impedimentum provenit ab agente supernaturali et sit praeter obedientialem, dato quod supernaturalis subsistentia perfectior supplens vicem propriae, non quod est unde proveniat violentia: idque intendunt Cajetanus 1a parte quaestio 82 art. 1 post cessionem tertias ad 1um et Conradus 1a 2ae quaestio 6 art. 4 § Nota hic, cum asserunt non pati violentiam subjectum si dum privatur propria subsistentia accipit aliam perfectiorem eminenter continentem proprias perfectiones eiusque modo praebentem suum effectum formalem. —

Unde ea in gratia verissima doctrina est numquam Deum violentias inferre creaturae utendo sua obedientiali illius, tum quia haec non est debita creaturae ad suas operationes sed Deo, tum quia non laedit suam naturam. merito quod dicat Augustinus tomo 6 lib. 26 contra Faustum manichaeum cap. 3 ad medium: Deus creator et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit, id enim erit cuique rei naturale quod ille fecerit, a quo omnis modus, numerus, ordo naturae. —

Q.o 6.a

An Verbum assumpserit unam numero naturam singularem ex stirpe Adae?

Non potuisse assumi naturam universalem constat ex supra dictis quaestione 1 notatione 4a, eam autem fuisse unam non et non plures, de fide est contra illud Pauli ad Galatas 3o; Non in seminibus quasi in multis sed quasi in uno qui est Christus. Fuisse eamque fuisse

et

ex stirpe Adae de fide e, quia Luc. 3° deducat Xpi Dni genealogiam usque ad Adamum, vide Medinam 3a p. q. 31 art. 1° et 2° ubi etiam art. 6° reijcit Gallatinum lib. 7° cap. 4° et Rabinos fingentes eamdem num. mam corporis Xpi Dni fuisse in Adamo, refertque varia eorum figmenta de quadam nobiliori parte mae in Adami formatione reservata ad B. Virginis plasmationem, derivata successivo ordine ab Adamo per posteros usque ad Xpum Dnum derivata supra disp. 4 q. 1 sec. 5 ad 3um, vide D. Thomam ibi et in 3° distinc. 3 q. 4 art. 2°. Quod autem veniens fuerit humanitas Xpi Dni fuisse de stirpe Adae, lege varias congruentias quas D. Thomas et interpretes afferunt hic ex Sanctis PP. 69.

Addit noster Iacobus Granado in lib. de immaculata Dei genitricis conceptione disp. 2a cap. 2° humanitatem Xpi Dni esse naturaliter petere non descendere ab Adamo per mares, supponentes ex individuatione a ma signata, eamque individuari in ordine ad B. Virginem ut ad matrem et in ordine ad marem petentem non descendere ab Adamo, id pertinentem ad alium ordinem rerum, atque ita etiam si ea humanitas non assumeretur a Verbo, non fuisse obnoxiam peccato originali, quia sine semine virili ab Adamo descendente non incurrit ut docet fides.

Veneror hanc doctrinam et Auctoris pietatem sed in hac parte vera esse non existimo, 1° quia in ea opinione quae supponit de individuatione a ma signata potest sequi oppositum, asserere non eumdem non effectum ex sua natura individuari in ordine ad unam causam partialem pertinentem ad hoc universum et ad hunc ordinem rerum; et ad alias pertinentes ad aliud univ-

versus et ad alius ordinem, idem e ac dicere talem effectus nunquam posse aequaliter produci in re, cum nequeat utraque ea aequaliter simul existere, sicut nec utrumque ordo rerum nec utrumque simul universum; quod in physica maximum videtur inconveniens projectis in ea opinione de individuatione: deinde sicut quilibet individuus individuaretur in ordine ad suum universum in ea doctrina, ita peteret collectionem causarum ad illud pertinentium, neque non servaret ordinem naturalis rerum qui in individuatione necessario servari debet.

2° quia sicut gloriosius fuit Deo media femina scilicet B.ta Virgine ad hoc universum pertinente ratione utriusque parentis Diabolum qui per feminas vicerat, debellare, ita et quod humanitatem ad hunc ordinem ratione utriusque parentis pertinentem de qua valde praedicant PP. quod in ea Verbum mortalitatem assumpserit non peccatum, quae tamen ex se non minus obnoxia erat peccato Originali quam mortalitati: praeclara sunt ad hanc rem verba S. Leonis serm. 1° de nativitate Domini; Magno, inquit, et mirabili jure factum est ut Omnipotens Dominus non in sua majestate sed in nostra congrederetur humilitate, objiciens ei eamdem formam eamdemque naturam mortalitatis quidem nostrae participem, sed peccati totius expertem. Certe si humanitatem assumptam non peteret descendere ab Adamo ratione matris et ea ratione non esset ex se obnoxia peccato Originali, non objiceret Deus Diabolo eamdem formam eamdemque naturam quam ipse vicerat in Adamo, quod

n̄ viceret humanitᵉ̃ petentes diversus parentes —
— 3º qᵃ secus n̄ ita bene intelligeret quo pacto Xp̄us
Dn̄s tantopere in n̄ra assimilatus fuerit nobis Xᵃ
id ad Hebræos 2º; Debuit p̄ oīa fratribus simi=
lari: deinde n̄ ita complete eēt frater noster in
n̄a si diversus parentem exigeret. Addeq᷑ hoc pac=
to melius intelligitur qua rone Verbum assumpsit carnes
de stirpe Adæ et de massa peccati ut loquunt PP̄es.
q᷑ si ea humanitas ex se obnoxia erat peccato mor=
tali actuali, quid mirus eēt obnoxia peccato Origi=
nali q᷑ minus grave est: et eius ea humanitas n̄
obnoxia peccato Originali ex se, n̄ ita proprie pos=
set dici de massa peccati n̄ eēt Deo ita gloriosius
in ea peccatus devincere.

Commentarius

In quæstᵉˢ 5ᵃˢ D. Thæ de modo unionis ex parte partium humanæ n̄æ, et in 6ᵃˢ De modo assumptionis quantum ad ordinem.

Continet qº 5ᵃ quatuor articulos. In 1º docet D. Thos debuisse Dei filius assumere verus corpus; in 2º illud esse terrenus ex carne et sanguine; in 3º assumpsisse aīam; in 4º debuisse etiā assumere intellectus. Qᵒ 6ᵃ continet 6 artᵒˢ, in 1º docet D. Thas Verbus assumpsisse carnem mediante

āia; in 2° assumpsisse aīās mediante spū seu mente; in 3° negat prius assumptas fuisse aīas quas carnem; in 4° negat carnem prius unitas Verbo quas aīa; in 5° ordine intentionis docet prius assumptas fuisse humanitātes quas ejus partes, et partes media humanitātis, ordine tn executionis prius nā assumptas fuisse partes, et illis medijs totas humanitātes; in 6° denique humanitātem nō fuisse assumptās mediante grā habituali, cum ea sit effectus sequens unionem hypostaticas neque mediante grā pro gratuita Dei voluntāte sumpta, cum ea potius sit causa efficiens, vide supra ca artus 10 q 2ª.

Disputatio 8ª.

De partibus nā humanæ assumptæ et ordine assumptionis. Q

Plura complectitur hæc disputatio quæ ad dogmata fidei pertinent in quibus probandis cum inter catholicos res constet, nō erit immorandum, præsertim cum interpretes ijs abundent, alia nō sunt ita difficilia ut longiorem petant tractatūs.

Cap. 1.

V. Verbum assumpserit v(er)as corpus et aīam cum unione utriusque inter se. Q

1ª ac° de fide: Verbum assumpsit v(er)as aīas rōnalem ejusdem spei cum nrā. Ita D. Thōs hic et interpretes qui innumera congerunt scriptu(rarum) et P.P.(um) testimonia ad probandum hoc dogma, vide Suar. et Vasq. hic. Prob. 1° ex S(crip)tura

illa

Matthei 26 ait Xpus Dnus: Tristis e aia mea, ioan.
12: Nunc aia mea turbata est, et Luce 23 eadem
aia Tu ipsi. Cus q iii de fide Verbum assumpsisse aias
que fuerit capax tristitie ronalis et doloris, de fide est
assumpsisse aias ronalem. Accedit ro, etenim Xpus Dns
n fuisset vs ho nisi habuisset aias ronalem. hinc refelluntur
varie hereses. 1a Arij et aliorum asserentium Verbum n assump=
sisse aias, id ipsum Verbum fuisse loco aie ipsi carni.
2a aliorum affirmantium Xpum Dnm habuisse stm aias sensi=
tivas, tribui solet Apolinari quatenus asserebat Verbum
assumpsisse aias sine mente, sz Vasq disp 37 cap. 1 ero
dicat Apolinarem antea sensisse itemq Arius, postea tn juxta
sua testimonia sse asseruisse assumpsisse quidem aias hois
sine mente tn.

Nec est alicujus momenti argumentum Apolinaris; si in Xpo, inquit, fu
it aia humana, ergo et humana cogitatio, at hec semper est
causa peccati aut ea pugnat peccati que admitti n debet in
Xpo Dno. Rent Athanas. lib. de incarnat Verbi adversus
et Ambros. lib. de incarnat cap. 7 humanas cogitat es in
Xpo Dno posita unione cum Verbo, ita ab eo regi et sancti
ficari ut ea humanitas maneat impeccabilis de quo infra.

2a conclo de fide: Verbum assumpsit vs corpus humanum et
terrenum ex B. Virg ejusdem speci cum nro. Ita clamant
passim scriptura et PPes. ioan. 1: Verbum caro factum e,
Luce 24: Videte qa Spus carnem et ossa n het sicut me
videtis here; ad Rom. 1: Factus e ex semine David
sm carnem; ad Heb. 2; qa pueri coicaverunt carni et
sanguini et ipse coicavit eisdem. textus Syr et Pag
nini ibi; qa filij participaverunt carnem et sanguinem,
et ipse ad eumdem mus participavit eadem. Rone
pbr q Xpus Dns est vs homo, v aut hois etia n salvat

nisi posita aīa ronali cu corpore terreno, q̄ Xᵃ recessit in carnatio fuisset solum phantastica, et mors ac resurrectio ipsius fictitia. Hinc refutant variæ hereses 1ᵃ Cerdonis Marcionis et Manicheorum dicentium corpus Xpi Dni non fuisse verum sed apparens: 2ᵃ Valentini asserentis corpus Xpi Dni fuisse de cœlo sumptum et per B.ᵃᵐ Virginem pertransiisse. 3ᵃ Apellis affirmantis fuisse corpus quoddam ex elementis fractum diversæ ronis ab aliis corporibus humanis: 4ᵃ Apolinaris dicentis fuisse quoddam corpus fractum ex divinitate et illi consubstantiale, vide sup.ᵃ disp.ᵉ 1ᵃ q.ᵉ 1ᵃ, argumenta hereticorum et solutᵉ vide dispᵉ 5ᶜ q.ᵉ 1ᵃ supᵃ citata.

3ᵃ cō de fide: Verbum assumpsit corpus et aīam unita inter se. Ita definit in concilio Ephesino 1ᵒ cap. 13 asserente Verbum assumpsisse carnem aīatam aīa ronali, idem autem ē carnem aīari ac uniri aīæ, idem habet Calcedonensis actione 5ᵃ et D. Thom. hic q.ᵉ 2ᵃ art. 5ᵒ ait oppositum esse hereticum et 4ᵒ 5ᵃ gentes cap. 37. Pbr rone q.ᵃ homo non surgit nisi ex aīa ronali et carne unitis seu et esset compositum p̄ accidens sicut acervus lapidum et n̄ daretur in quo exerceret generatio et corruptio seu mors cum nec mā nec aīa ronalis in se generent aut corrumpant.

Hinc confutant heresis quam refert Magister in 3 distinctᵉ 6 asserentium Verbum assumpsisse quidem has duas partes corpus et aīam n̄ tn̄ unitas. Sed mirum q̄ Magister refert eam doctrinam n̄ ut hereticam sed ut opinionem, et distinctᵉ 1ᵃ sm eam nititur verificare quæ Sᵗ de fide ac si eet probabilis. et in 3ᵒ distinctᵉ 22 ait Xpus Dus fuisse in triduo hoīem. D. B. Ven. ibi Scotus Carthusianus et Gabriel aiunt tempore Magistri n̄ censeri hereticam, cetera et ante tempora Magistri damnata fuerat in concilio Ephesino citato anno 468 et in Calcedonense anno 488, Magister vᵒ floruit

ad annus 1145; ceterum mens Magistri ab heresi libera fuit
quia ipse distinct. 22 citata existimavit unionem non requi-
ri ad rationem hominis. D. Thomas 3a p. q. 50 art. quia eam
doctrinam damnat erroris, nam vere mors efficit ut qui
moritur desinat esse homo animal vivens. Ita ac triduo Christus
Dominus non mansit homo in triduo, nisi dicatur cum addito ho-
mo mortuus ut ibi monet D. Thomas, vero dici possit Christum Dominum
constare ex tribus substantiis seu naturis vide supra disp. q. 1a

4a conclusio: Christus Dominus est univoce homo cum aliis hominibus
et ejusdem speciei infime cum illis. Ita D. Thomas hic q. 2
art. 5o ubi Medina. Colligitur haec veritas manifeste ex
dogmatibus fidei supra positis, 1o quia secundum fidem Christus Dominus est
animal rationale constans ex anima rationali et corpore ejusdem
rationis cum aliis hominibus, ergo est homo univoce cum illis et
ejusdem speciei; 2o non esset filius B. Virginis proprie loquen-
do si non esset ejusdem speciei cum illa, quia ad filiationem requi-
ritur productio viventis a vivente in similitudinem; sic p.
vermis non dicitur filius animalis ex quo generatur; sonat illud ad
Philipp. 2o in similitudine hominum factus, idest in simi-
litudine specifica.

Obiicies: Christus Dominus habet personalitatem divinam quae in esse
hominis non est ejusdem speciei cum aliis hominibus qui habent personalitatem
creatam. 2o Christus Dominus ut est tale compositum essentia-
liter includit duplicem naturam unam divinam humanam al-
teram, ergo tale compositum non potest esse ejusdem speciei cum
aliis hominibus, immo neque ad aliquam speciem pertinere.

Respondetur ad rationem specificam non attenditur subsistentia sed natura et
cum natura humana sit in Christo Domino ejusdem rationis cum nostra vere et
proprie est homo univoce cum aliis hominibus et ejusdem speciei.

Ad 2um Respondetur Christus Dominus non includit divinitatem ratione esse specifica.

nē humanae sed rone talis individui, et ita non impedit uni-
tas specifica in ee hois ex eo q. in quantum ē tale indivi-
duum includat eo divinitas: ita ferme Rev. Medina
citatus. Ad ultimum R. tale individuum rone utriusq
nē n̄ posse pertinere ad aliquam spem cum tr̄a divina
sit una numero n̄ multiplicabilis cui nulla ro univer-
ca posset ee cois cum creatura, pertinet tn̄ rone hu-
manit.is modo explicato.

Q. 2.a

V. Verbum immediate assumpserit sangui-
nem et alias hujusmodi partes.

Sec. 1.a

Status et resolutio quaestionis.

Constat ex dictis q. praecedenti Verbum immediate unitum fuisse
partibus essentialibus hominis nempe aiae ronali et corpori, cum in tri-
duo utramq partem seorsim unitam retinuerit: deinde
cum corpus non sit aliud quam suae partes integrantes, constat
illis immediate unitum fuisse vg. carni, ossibus, partibus orga-
nicis, capiti et similibus. At q.a in corpore humano
alie reperiuntur partes minus principales necessariae tn̄ ad vitam
ut sanguis et alii humores, 2. ad meliorem constitut.nem
et commodit.ed ad operandum ut dentes et ungues, aut
ad ornatum ut pili et capilli; de his controvertit et prae-
cipue de sanguine, ex cujus resolutione aliarum partium
pendet resolutio. Dicimus q. constet Verbum assumpsisse
sanguinem, cum saltem mediate deberet assumi quatenus
scilicet erat in humanit.e immediate assumpta; de unione

immediate controversia est.

1ª sententia asserit Verbum divinum assumpsisse sanguinem isto mediante, ac proinde illum non fuisse suppositatum immediate à Verbo, sed habuisse suam propriam subsistentiam creatam. ita Durandus in 4º distinctione 10 quaestione 1ª nº 19 et distinctione 44 quaestione 2ª Gabriel lectione 93 in canonem, tribuit Ricardo, Abulensi et alijs. 2ª sententia distinguit duplicem sanguinem alium nutrimentalem et imperfectum qui ab alijs dicitur venalis quia est in venis alium perfectum qui ab alijs dicitur artherialis quia est in artherijs, et ait, illum non fuisse unitum immediate Verbo, bene tamen 2um. ita Cajetanus 3ª parte quaestione 54 art. 2º § de 1º autem quod tribuit Silvestro in Rossa aurea titulo 3º quaestione 30 et 31 ubi docet sanguinem nutrimentalem in triduo non fuisse unitum hypostatice, atque hanc Cajetani sententiam ait Cabrera quaestione 5 art. 2º disputatione 1 nº 31 esse communem sententiam Recentiorum: favet Pithigianus distinctione 2ª quaestione 3ª art. 5º §º 2º observandum est, quatenus admittit hanc distinctionem sanguinis in nutrimentalem et complexionalem ut ipse loquitur, et hunc 2um ait esse unus ex quatuor humoribus, illum vero esse qui resolutus ex allimento est de proximo convertendus in carnem et substantiam allitam, et de isto sanguine ait Christus Dominus fuisse conceptus in Beata Virgine et maxime de sanguine circumstante cor, qui est purissimus inter omnes sanguines, nos vero generari ex semine quod postea convertitur in tam sanguinis. Haec ille. Pro hac etiam distinctione sanguinis adduci potest D. Thomas qui quodlibeto 5º art. 5º ait alterum esse sanguinem perfecte decoctum qui est de integritate animalis sine quo vivere non potest, alterum non dum perfecte decoctum sed immediate genitum ex cibo et potu.

3° Sa absolute ait Verbum divinum immediate assumpsisse sanguinem trahendo illum hypostatice ita ut ei sanguis sibi subsistat per subsistentiam increatam Verbi: ita Capreolus, Major, Sotus et alij. favet D. Thom. hic q. 5ª art. 2° praesertim ad 2um ubi eodem modo loquatur de sanguine ac de carne, et clarius quodlibeto 1° art. 5°. Late probant Recentiores hic, Medina q. 1ª art. 2°, Suar. disp. 15 sect. 6ª et 1ª, Valen. disp. 1ª q. 5ª puncto 1°, Vasq. disp. 36 cap. 4° et alij. Ratio haec Sa saltem prout asserit aliquem sanguinem immediate fuisse unitum Verbo hypostatice jam hoc tempore ita certa est ut oppositum nequeat affirmari sine errore aut temeritate ut notant Valen. Suar. et Vasq. citati, Cabrera addit notam haeresis. —

Probatur haec ratio 1° ex Sa Scriptura illis locis quae eodem modo loquuntur de assumptione carnis et sanguinis, ad Heb. 2; quia pueri communicaverunt carni et sanguini et ipse similiter participavit ejsdem, haec autem participatio facta fuit a Verbo per unionem sui cum illis, 2° illis locis quae dicunt sanguinem Xpi Domini fuisse pretium nostrae redemptionis, quod melius intelligitur si dicatur sanguinem Xpi Domini non solum habuisse infinitum valorem ratione actus quo offerebatur, hoc enim etiam haberet quaevis ejus lachryma sine immediata unione ad Verbum, sed etiam quia ipse sanguis immediate erat unitus Verbo, quorsum enim ita commendaret pretium sanguinis Xpi Domini 1ª Petri 1; non corruptibilibus etc. sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Xpi, et alibi saepe, si nihil speciale haberet in hac parte praeter lachrymas, sudorem aut alia ejusmodi quae non fuere immediate

assumpta à Verbo?

2.º pbr ex concilijs, inprimis in Ephesino, Calcedonense et alibi ipso [illegible] sic statuit tanquam dogma [illegible] Verbus factus fuisse hoiem p assumptione carnis et sanguinis: sentiunt q concilia eodem modo assumpsisse Verbus carnem et sanguinem atq adeo immediate, ac proinde cum dicunt p assumptionem carnis et lachrymarum aut p assumptionem carnis et aliis v.gratia vel alterius similis accidentis [illegible] eumijs mediate unitus fuerit Verbus ex suo dictis. Celebre é illud Clementis 6.i in extravagante Unigenitus, modica gutta sanguinis Xpi propter unionem eius Verbo pro humano gre suffecisset. supponit q sanguis immediate unitus Verbo. deinde in Directorio inquisitorum parte 2.a q.e 10 n.o 1.o reffert de mandato Clementis 6.i damnatus fuisse ut erroneus dictum cujusdam [illegible] scilicet sanguinem Xpi in passione effussus fuisse à Verbo separatus. a fortiori q.o supponit fuisse illi immediate unitus ante passionem.

3.º pbr rone si quam aliqui stant supponentes sanguinem informari aiâ cujus oppositum late ostendimus lib. 1.º de aiâ, D. supponendo eê partem hois ad illius integritatem ptinentes cum illam enumeret inter partes aialis Aristoteles lib. 2.º de partibus aialium cap. 2.º, vide 1.º physicorum D. 22, unde ait Seneca lib. 2.º q.uo naturis; quasi pars nri est sanguis, loco etiam citato ostendimus 4.or humores eê partes secundarias hois ad illius secundarias constitutioes pertinentes: ex quo sic constat argumtus: Nulla é repugnantia in eo q Verbum immediate unitus fuerit sanguini; deinde sanguis ptinet ut par.

salis secundario ad constitut.^co^ hois et n̄ solū ut accidentia quę n̄ ꝯtinent ut pars neq̄ primario neq̄ secundario, q.^d^ si acci dentib, mediate unit Verbus, sanguini immediate debuit uniri, cuꝰ ex alio capite supponat Verbus perfectissime as sumpsisse nām hoīs et integerrime, sic n. docent scilicet PP.^es^ unde si solū mediate uniret sibi sanguinem, licet assumpsisset hoēm quoad prędicata essentia, n̄ tn̄ perfecte et integre quoad mūs assumendi.

Et sane hanc strictissimā ꝯiunct.^em^ sanguinis cum nā hoīs satis indicat s. ipse mūs loquendi quo caro et sanguis pro homine usurpant. s. per sinegdochem sumendo part em pro toto s. p̄ periphrasim sumendo carnem pro corpore et sanguinem pro aīa, sanguis .n. q.^d^ ꝯspi ciat aīas in se ut notat Philo in lib. de eo q.^d^ de terius potiori insidiari soleat ad medius et alij fami liare, id est proprij ꝯtra illud purpureas vomit illa aīas. Matthęi 16: caro et sanguis n̄ reuelauit tibi, idest a nullo hoē didicisti, ad Gallatas 1; Non acquieui carni et sanguini, idest n̄ stuli euangelius q.^d^ a Xp̄o accepi cum hoībus, ita legit ibi Hieronymo ex greco, ad Ephes. ultimo; n̄ ē nobis colluctat.^o^ aduersus carnem et sangui nem, idest aduersus hoēs. Verus ē tn̄ q.^d^ ꝯ.^a^ uim in malas ꝯ.^tes^ pro hoīb, scilicet qui sequunt̄ prauos affectus quale ē illud 1.^a^ ad Corin. 15: Caro et sanguis regnū Dei n̄ possidebunt. Ult.^o^ facet Tridentinus sess.^o^ 13 de sacramento Eucharistię cap. 13 ubi ait in Eucharistia sub spē panis contineri corpus Xp̄i Dni ex vi verbor̄, sanguinem v.^o^ ibi etiā ꝯtineri ex vi nālis illius connexionis et concomitantię qua partes Xp̄i Dni inter se copulant. supponit, q.^d^ sanguinem ēē partem humanitatis illius.

Dicit. quod si sanguis fuisset immediate est unitus Verbo si in tri=duo discrearetur non esset Verbum nec divinitas per concomitan=tias sub speciebus vini, quia separatus à carne nullam unionem habebat cum illo; cum tamen Joan. 6.° dicere exceptione dicat qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo.

Illud tamen sciendum est quod hoc non sit ita certum ac praecedens to=tum sanguinem Christi Domini fuisse unitum immediate Verbo propter distinctionem Cajetani et aliorum supra in 2.ª 1.ª, tamen eam jam Cajetani falsam et absurdam esse ait Vasq. Suar. 1.° negat esse fidem negat securam: unde dicimus totum illum sanguinem qui erat in corpore Christi Domini, et qui vere et substan=tialiter erat sanguis quatenus non est alimentum rubeum integrans fiat sanguis, fuisse immediate unitum Verbo cum totus ex vi verborum sit sub speciebus vini, quod ex signi=ficant illa verba Christi Domini hic est sanguis meus nihil excipiendo est autem ex vi verborum id quod immediate est uni=tum Verbo: eamque distinctionem sanguinis supra citato rejeci=mus in gloria.

Ex dictis sequitur etiam alios tres humores nempe flegma et utramque bilem immediate fuisse unitos Verbo propter eamdem rationem hoc de illis non ita res certa sit cum non ita proxime pertineant ad corpus ac sanguis. Idem dicendum est de spiritibus vitalibus addit Suar. disp. 15 sec. 7 esse illud esse satis pium et probabile, Vasq. etiam disp. 36 cap. 1.° n. 33 ait esse maxime probabile. Certe spiritus vitales et animales sanguis vel vapor subtilis sunt magis decocti et attenuati ex alibi dictis, et ita eadem ratio videtur esse de illis ac de sanguine.

idem dm de dentibq cum v^e sint partes hois: de unguibus et capilis res dubia est; Vasq. negar illos immediate unitos Verbo qa inquit n. ptinent ad integritm huma niis sed ad illig ornatum: Suar. vo affirmat et a debit se de unguibq et dentibq fere nihil dubitare qa inquit n. sotq ptinent ad ornatum sed etq qd se sst necessarij ad aliquas actes hois. de capilis ait remee magis dubiam, inclinat tn in partem affirmativam qa vident pertinere ad quoddam oplementum corporis humani; ideoq futuri sr in corporibq resurgentium ut docent Theologi in 4 distincte 44 ubi D. Thos q. 1a art. 2o quæstiuncula 3a qui ad 3us addit illos sicut et ungues ee partes corporis hum et informari aia. Sam Suarij probabiliorem judico, et ita Verbum cum integre assumpserit humanitem ea om immediate assumpsit hypostatice etsi ungues et capili n. informarent aia de quo alibi, n. tn fuerunt illi imme diate unita lachrymæ, saliva, sudor et similia excre menta qa ea n. pertinent ad integrites humanæ næ, vide de his plura apud Suar. citatum.

Sec. 2a

Argumta in dicta et solutiones.

1us argumtum; si Verbum divinum hypostatice uniret san guini et alijs humoribq, cum ij in sa probabiliori non informent aia, sequeret assumpsisse quinq nas creatas oleras spe inter se diversas cum quælibet habeat nam specialem suam substantiam et inter se n. uniant. istud dici n. potest, cum fides doceat unam nam creatam assum

tas, uniri à Verbo q.d Xp̄o. R. ea rone qua ho. habet
ex ijs oib. humorib. absolute censet. et dr una na in=
tegra, ita ex eo q.d Verbus ea nā hypostatice assump=
serit, absolute dr assumpsisse unas integras nam q.a
q. metaphē hę sint plures nę, physice tn loquendo st una
integra cus suis complementis, cus ad unas et eandem
rationalem ordinent, et n. cōjungant p accidens sicut acer:
vus lapidus id ē p se et ex intentione nę; n tn ideo Ver=
bum dr sanguis, humor. &c.a sicut nec aīa aut caput v.g.
q.a denominat.o n sumit à partib. de quo infra. ——
Q.us arguitur si sanguis fuisset unitus Verbo, aliquid
assumpsisset q.d postea dimisisset; 1.o q.a sanguis effusus
in triduo separatus fuit à Verbo, cum multę illius parti=
culę manserint apud nos. ut patet in spinis, lancea,
sudario et alijs Xp̄i D.ni reliquijs. 2.o idem videtur
de pilis et capilis tempore passionis abscisis. R. san=
guis effusus in triduo n. fuit separatus à Verbo sicut nec
aīa neq. corpus, et oppositum asserere ē erroneum
ut sup.a diximus; .i. in resurrect.e tn sanguis effusus iter=
restitutus ē corpori saltem in ea quantit.e quam debet hēre
humanitas optime constituta. unde suar. t. 2.o disp.e 47
sec. 3.a initio ait videri certus de, ide q.d corpus Xp̄i
D.ni gloriosum habeat sanguinem in ea quantitate quas
ad suas servat.es requirit corpus humanum optime
dispositum, cus quo bene stat q.d in vita mortali vi ca=
loris nalis plures partes sanguinis sicut et carnis
successive amiserit in nutritione, quas tn n. iter assum=
psit easdem sed novas, id n. necessarium erat nę hu=
manę in vita mortali, q.d bene notat suar. citatus § cūs

igit. illud v. axioma quod semel assumpsit nunquam dimisit et intelligitur de partibus necessarijs et ita ut aliquid non dimittitur relinquendo illud in suo esse, hoc n. proprie est dimittere, q. v. separet aliquid quod amitti debitis dispositionibus non obstans idem tamen est de pilis et capillis, notatque teste Suar. disp. 45 sec. 2ª § 5º de ca ministeriali in resurrect. Xpi Dni ministerio Angelorum congregatus fuisse sanguinem effusum, pilos capillos capitis aut barbæ, et si fortasse aliquæ carnis aut cutis particulæ flagellis aut alijs cruciatibus divulsæ fuerant, aut si quæ aliæ partes iterum erant resumendæ.

Dº hinc orit. gravis controversia inter authores an aliquæ particulæ sanguinis Xpi Dni manserint in terra de quo loco Suar. citatus sec. 3ª dub. 3º et Vasq. tº. 1º disp. 36 cap. 8º. Negant aliqui et expresse D. Thos. 3 p. q. 54 art. 2º ad 3um et addit sanguinem qui in reliquiis conservatur non fluxisse de corpore Xpi Dni, sed de quadam imagine quæ percussa. Affirmat Vasq. citatus cum alijs, qui bene notat nihil in hac re definitum esse ab Ecclia sed solum à Pio 2º in quadam bulla anni 1461 assertum non repugnare fidei asserere aliquid sanguinis Xpi Dni in terra mansisse, nec reputat id improbabile Suar. citatus et mihi quidem pius et verisimile videtur, praesertim cum idem de praeputio Xpi Dni dicatur a pluribus quod adhuc servari Romæ non pauci tradunt apud Suar. disp. 47 citata sec. 1ª, cujus reliquiæ inventionem et historiam dilucide enarrat Toletus in cap. 2um Lucæ annotatione 31. Ergo majoris ponderis est lib. 1º revelationum

B. Brigittæ cap. 112 ipsa B. Virgo revelat .i. Brigittæ se præputium Xpi Dni et sanguinem in possione servasse et in suo obitu Ioanni commendasse servandum, plurima q de his reliquijs extant tradit es vide Nicephorum lib. 1o hystoriæ cap. 30.

Igit in re ita dubia breviter assero 1o Xpus Dus resurrexisse cum toto sanguine requisito ad perfectum statum et cum præputio ut notat suar. citatus q. id ptinet ad perfectes resurrectis et ita nulla particula sanguinis aut alterius partis illi decst omno. 2o in terris mansisse et de mo aliquas particulas sanguinis et præputium n. fraliter sed maliter ut aliqui loquent, idest mas sanguinis et præputij sub alia tn fra et quasi sub fra cadaveris atq adeo sine unione ad Verbum incommodum .n. eet miraculum in hac pte fingere sine necessit. 3o aliunde suppletas fuisse mas particularem sanguinis et præputij ut resurgeret omo integer Xpus D. n. neq id est inconveniens cum ad identites individui n requirat ita in rigore identitas oms etm minimarq particularq mæ de quo diximus in metaphca. 4 tales particulas mates sanguinis et præputij in terris existentes ee adorandas adorat latriæ propter statum quem habuerunt ad Verbum: atq hoc pacto conciliant contrariæ in hac pte sæ: et certe decuit ad servandas memorias passionis Xpi Dni et augendam populi devotionem tales reliquias mansisse in terra, colorq rubeq emortuq qui nunc in ijs apparet, notatq eundem mas fuisse veri sanguinis et carnis.

Dices arguendo: sicut dr sanguis Xpi Dni pretium nræ redemptionis ita aqua quæ de ejus latere effluxit, cum

Epiphanius lib. 3° 3 hereses heresi 78 asserat sanguinem
et aquam effusas à latere Xpi esse pretium redemptionis
q. r. bene colligit sanguinem esse unitum immediate Verbo
ex eo q.d fuerit pretium nostre salutis, cum illa aqua n. fue-
rit unita Verbo. R.r ea aqua fuit naturalis ut de fide est
ostendit Suarez t.° 2° disp. 41 sec. 1.a § 2° demum est, sicut in
vero sanguis effluxit ita et vera aqua, cuius proprie debeant
intelligi verba Evangelistae, q.d tamen n. sine miraculo fuerit
fuit. Cum q. n. fuerit pars corporis Xpi D.ni neque prima-
ria neque secundaria, n. debuit illi uniri: neque dicitur pre-
tium nostre redemptionis ea proprietate qua dicitur sanguis, san-
ctificationem, denotabat tamen ablutionem generis huma-
ni à peccato. Vide plura apud Suar. citatum.

C.° 3.a

Quo ordine Verbum assumpserit humanita-tem quoad intentionem quam quoad executionem. q

Supponimus ex sup.a dictis eas ipsas partes immediate a-
sumptas fuisse à Verbo: deinde certum est ex fide
neque aiam Xpi D.ni neque carnem neque totam humanit.
prius tempore extitisse quam uniretur Verbo, id in eodem
instanti temporis quo ex B. Virgine conceptus fuit Xpus
D.ns eius partes fuisse existentes et assumptas in uni-
tatem personae Verbi: quae veritas colligitur tum ex
locis S.rae asserentibus B.am Virginem esse matrem Dei, [illegible]
genuisse filium Dei et hominem esse filium B.ae Virgi-
nis, secus n. diceretur genuisse Verbum Dei neque esset
illius matrem sed concepisse purum hominem. Vide regi-

cienti s.t ad errores contra hanc doctrinam; 1us est aliquorum hereticorum asserentium Christus Dominus prius extitisse purum hominem et suis meritis assecutum fuisse ut postea uniretur Verbo. 2us est Origenis lib. 1° Periarchon cap. 7° di=centis omnes animas rationales fuisse à principio mundi creatas, idem quod etiam de anima Christi Domini. hos errores late refutant Suar. hic disp. 16 et 17 Vasq. disp. 31 Valen. et alij hic, et errorem Origenis et aliorum contra ultimas formas ostendimus lib. 3° de anima.

Dices: corpus Christi Domini antequam est ultimo dispositum ad animam rationalem, fuit sub alia forma substantiali existens, habens propriam subsistentiam creatam, quod negari nequeat cum materia corporis Christi Domini prius deservisse alijs compositis habentibus suas subsistentias creatas, ergo etc. R.o si sermo sit de materia remota totum id verum est, tamen doctrina supra tradita et sanctorum patrum ac PP. intelligitur de materia proxi=ma, scilicet quod est in illo 1° instanti in quo fuit talis materia ultimo disposita ad animam rationalem, habuisse subsisten=tias divinas, et ita corpus et carnem Christi Domini nun=quam habuisse subsistentias creatas sicut ut corpus hu=manum etc. et caro humana Christi Domini quod bene adver=tit Suar. citatus disp. 16 sec. 3a circa 1m; sic enim materia illa ex qua formatus est corpus Christi Domini prius fuit unita hypostasi B. Virginis sub forma sanguinis. quietiam 1° 2° disp. 11 sec. 2a recte explicat quomodo in unico et eodem instan=ti caro Christi Domini ex purissimo B. Virginis sanguine vir=tute Spiritus sancti fuerit disposita et organizata ad in=fussionem animae de quo D. Thomas infra q. 33 art. 1° quod in alijs naturis non nisi pluribus actionibus operatio fieri potest

de quo diximus lib. 2° de aña.
Deinde loquendo de ordine dignitatis ... et prioritatis ... qui ordo realis est cum non sit fictitius et inter extrema distincta realiter detur, docet D. Thomas et Theologi hic et ... et Patres Verbum assumpsisse carnem mediante aña, et etiam mediante spiritu, hoc est intellectu seu mente, hoc non spiritus in ea locutione ... intellexisse mentem seu intellectum bene probat Vasquez hic disp. 38 cap. 2° cum loquantur contra Apollinarem et alios hereticos negantes in Xpo Dño mentem seu intellectum humanum, quod ita intelligi debet, in primis si attendatur prioritas intentionis, cum id quod est nobilius prius dicatur intendi, procul dubio prius intenta est tota humanitas quam ejus partes, deinde prius aña quam caro.

Praeterea ordine executionis prior est assumptio singularum partium quam totius humanitatis, et cum aña rationalis non pendeat a materia tanquam a ca[usa] absolute loquendo, neque tanquam a subjecto ..., et contra vero materia ab aña rationali recipiat esse per ... influxus, in eo sensu aña fuit assumpta a Verbo prius prioritate in quo quam materia seu caro, prius consequenter intelligitur existens et subsistens. Si attendatur animam rationalem in ... sua creatione ab illa pendere tanquam a subjecto in quo et saltem tanquam a conditione, ... potest in ea consideratione prioritas a quo inter assumptionem materiae et assumptionem aniae rationalis: idem quod est de assumptione totius et assumptione partium cum in diverso genere sint sibi invicem causa.

Loquendo autem de ordine consequentiae dico quod licet supra dictum disp. 1a quaelibet pars seorsim potuerit assumi a Verbo tamen cum caro non sit capax ... nisi mediante aña,

nec aīa nisi mediante intellu, congruentius sit Deus assumere. nam ronis et Beatitudinis capacem esse dicit disp. 4ª q. 7. sequitur Verbum assumpsisse carnem mediante aīa et aīam mediante intellu: loquendo de gradu intellectivo substantiali ipsius aīe ronalis, quo sensu etiam sumi potest spiritus in hac mā, ita ut sumatur non solum accidentaliter ut supra dicebamus, sed etiam substantialiter pro ipsa radice, sensus e Verbum assumpsisse gradum sensitivum aīe ronalis mediante gradu intellectivo, ut docent Suar. hic disp. 14 sec. 4 et alij.

In alia etiam consideratione quatenus aīa ronalis non creatur connaturaliter nisi in corpore, dici potest ea rone Verbum assumpsisse aīam mediante carne, prior tamen locutio cum sit magis propria et absoluta retinenda erit. Quid autem velit D. Thomas hic art. 6º cum ait humanitatem non fuisse assumptam mediante gratia, vide quae diximus supra in comentario hujus quaestionis.

Obijcies; ordo realis prioris et posterioris non datur ejusdem ad se ipsum sed inter plura realiter distincta, at hic non datur pluralitas ex parte assumentis et assumptionis. Rdeo qui dicunt unionem hypostaticam esse unicam et indivisibilem asserunt non dari talem ordinem neque ex parte assumentis neque ex parte assumptionis sed solum ex parte assumptorum, nos vero qui partiales uniones hypostaticas supra admisimus dicimus non dari quidem ordinem ex parte assumentis in se ipso, dari tamen ex parte assumptionis et assumptorum, cum in illis pluralitas realis inveniatur.

Quod si petas an humanitas sit ordine executionis prius assumpta quam accidentibus instructa. Rdeo absolute loquendo prius fuisse assumptam quam accidentibus instructam, cum ea supponatur tanquam radix et fundamentum accidentium atque adeo e simpliciter prior. quia tamen humanitas

ab accidentib. pendet ut à dispositionib. dici etq poterit
sm quid prius humanitatem fuisse accidentib. in statu quatenus
assumptas à Verbo, q innuit Suar. hic disp. 17 sec. 6
neq in hijs immorandum erit quae licet late et contente
ab interpretib. agitent, ex prijs jactis facile expedi:
entur hae et similes questiones si legitime observentur
regulae prioris et posterioris à patribus tradditae, et variae
extremorum comparationes sm diversas considerationes.

Cap.º 4.ª

U. Verbum assumpserit formam cadaveris. q.ª

Ad perfectas praecedentius notitias haec difficultas
restat examinanda, et 1.º certum ex fide e Christus Dominus
verè et proprie mortuum fuisse cum ita loquat Scriptura et op=
positum e heresis Caganitarum ut monet D. Thom. 3 p. te.
q.e 50 art. 5.º et refert in decreto 24 q. 3.ª cap. quidam
autem circa finem. Deinde sicut in corpore vivo voluit
Christus Dominus alijs hominib. assimilari, ita et in mortuo, ac pro=
inde Christus Dominus ut mortuus e ejusdem speciei cum alijs
hominib. mortuis. Unde oritur duplex difficul:
tas, 1.ª an in corpore Christi Domini mortuo introducta fue:
rit forma cadaveris; 2.ª an ea unita fuerit imme
diate Verbo. Circa 1.am negativam partem tenet Marsilius
in 3.º q.e 8.ª art. 1.º Cl latius q.e 13 art. 1.º qui addit neminem
antiquorum Doctorum asseruisse novam formam introductam fuisse
in corpus Christi Domini anima recedente; sentit Gabriel ibidem
distinct. 21 q.e unica art. 3.º

Dico 1.º formam substantialem cadaveris verè et proprie intro
ductam fuisse in corpus Christi Domini mortui. ita significat D. Thom.
3.ª p.te q.e 50 art. 5 ubi Medina circa 2.ª et alij Theologi. ubi respon

tat certissimus Suar. t. 2° in 3am p. tesi disp. 38 sec. 3a, Conimb. et
1° physicor. cap. 9° q. 6a art. 3°. Dr 2a formas licet
lib. 1° physicor. supernaliter possit ee ma 1a absq aliqua
fra substali, tn id n e illi nale; et ab rationem mortis pro-
prie consequitur introductio fre cadaveris, unde idem est in
hoe mortuum ee et cadaver ee q sine fundamento fin-
geret hic aliq miraculum asserendo id in Xpo Dno contigisse.
Dices; jam ergo n eet idem numero corpus Xpi Dni vivum et
mortuum cum fuerit diversum compositum. R et D. Thom.
citato absolute ee idem propter identit. et suppositi cum
semper mansit unitum Verbo: sic et reliquias sanctorum
adorant et corpora mortua censent eadem illorum et tn n
carent fra cadaveris. Urgebis; de Xpo Dno dr psalmo
15; n dabis sanctum tuum videre corruptionem: at ubi intro-
ducit fra cadaveris corruptio datur. R cum Damas-
ceno lib. 3° de fide cap. 28 duplicem ee corruptiones, alteram
que fit p separatione aie, alteram que fit p resolutionem
corporis in elementa, et hec n fuit in Xpo Dno neq e de ratione
essentiali mortis.

Circa 2am difficultes varie loquuntur Doctores; medina et alij sen-
tiunt n fuisse salem fram cadaveris immediate unitam Ver-
bo neq habuisse subsistentiam aliquam creatam: alij dicunt
immediate fuisse unitam Verbo ne ponat speciale mira-
culum sine necessitate q scilz ea fra substalis n subsistat
immediate p aliquam subsistentiam, quam sam Suar. citatus
reputat magis receptam et faciliorem nullumq fieri in-
conveniens.

Dicendum e 2° fram cadaveris in Xpo Dno neq habuisse subsisten-
tiam creatam; neq immediate unitam fuisse Verbo. 1a pars

apud eos certa debet esse, male enim audiret qui in Xpo Dno mortuo admitteret aliquam subsistentiam creatam etiam partialem. cum Damascenus et alij PP^es dicant in corpore Xpi Dni mortuo et anima separata non fuisse aliud suppositum praeter Verbum ut reffert etiam D. Thomas citatus art. 3 ad 4.

2^a pars probatur quia cum loqui debeamus iuxta illud axioma de quo supra, quod semel assumpsit nunquam dimisit, ex quo sequitur etiam aliud, quod Verbum aliquid dimisit, nunquam assumpsit; quod utrumque intelligi debet de partibus principalibus, cumque forma cadaveris non sit pars corporis humani sed forma integra aliud in se compositum faciens, non videtur conveniens eam immediate assumptam fuisse a Verbo, cum et ita cito relinquenda esset, neque id expediat ad vere rationes incarnationis. Restat ergo talem formam nullam habuisse subsistentiam immediate, quod minus incommodum est quam aut ponere mortuum sine forma aliquando fuisse aut subsistentiam creatam in corpore Xpi Domini aut Verbum formam assumpsisse quam postea dimiserit. ——

Dices; si forma cadaveris fuit in corpore Xpi Dni mortuo quare per communicationem idiomatum non dicitur Deus est cadaver, cadaver est Deus (ut notat Suar. citatus) sicut dicitur Deus est homo.

R. si li cadaver significet idem ac mortuum, sicut dicitur Deus mortuus dicetur cadaver, secus si sumatur pro forma cadaveris in abstracto, sic enim non dicitur Deus est humanitas: Adde quod forma cadaveris assumitur solum mediate et per accidens atque ex secundaria intentione: admitti ergo poterit ea locutio cum debita intelligentia. ——

Commentarii

in q.es 7.as D. Thomae de gratia Christi prout quidam singularis est homo.

Ab hac q.e incipit D. Thomas agere de proprietatibus consequentibus et concomitantibus unionem hypostaticam, et per tredecim art.os explicat quo pacto in illo fuerint gratia habitualis sanctificans, virtutes, dona, gratiae gratis datae ergua plenitudine.

Disputatio 1.a

De gratia sanctificante Christi Domini et habitibus illam comitantibus.

Sermo est de gratia accidentali sanctificante quam recte Aug.nus appellavit animae animam, q.a quod anima in esse naturali praestat corpori, hoc animae in esse supernaturali praestat gratia sanctificans.

C.º 1.ª

U. Christus D.nus habuerit gratiam habitualem accidentalem ejusdem speciei cum nostra?

Sec. 1.a

Resolutio Quaestionis.

Negarunt aliqui quos refert et refutat D. Thomas de verit. q. 29 art. 1.º existimantes eam Deo suppletam esse

in Xpo Dno cum sufficienter reddar, nempe et gratus Deo per unionem hypostaticam.

Sit 1. cc: Xpus Dns habuit griam habitualem justificantem inhaerentem in aia. ita coiter Doctores cum D. Tha hic q. 7 art. 1. resque adeo certa est ut oppositum saltem sit temerarius, imo Suar. disp. 18 sec. 2 et alij id existimant de fide; melius tn Vasq. disp. 41 cap. 1 cum alijs negat ee de fide, q. n. de fide sit Xpus Dns ee sanctum et gratum Deo, n tn e de fide ee gratum p griam habitualem inhaerentem, cum p unionem hypostaticam abunde id fieri potuerit ut infra dicemus: scilicet Trid. cum sess. 6 cap. definiat griam inhaerentem ee cam fmalem nre justificationis, doceatque sess. 5 in decreto de peccato Originali ee habitualem, cum p eam parvuli reddant grati in baptismo, n frustra addidit nre cum n. nos n justificemur p solum favorem extrinsecum neque asignari possit in nobis fa substantialis sanctificans, debet mediare fa intrinseca accidentalis: at in Xpo Dno cum det unio hypostatica substantialis n e eadem ro.

Pbr cc. ab alijs pluribus testimonijs Ss et PP. dicentibus Xpus Dns fuisse unctus unctione laetitiae prae alijs praedestinatis consortibus suis, in eo requievisse Sptum Sanctum cum oibus suis donis, habuisse plenitudinem oius gratiarum plori[...] re nobiliori mo quam alij des justi habuisse dicuntur, et hujusmi alijs locutionibus, quae saltem melius et integrius explicant, si sedat in Xpo Dno etiam gria habitualis. Urgentius tn pbr sequentibus ronibus, 1a est ex parte ipsius griae habitualis quae cum sit oio supernalis in suo ee nec in[...] p[...]lis subiecto supernalis n modalis cui illa debeat, nunquam e in subo oio nali et quasi in suo centro nisi in Xpo

Dno

Dno ratione unionis hypostaticae ad Verbum, a qua connaturaliter petitur tanquam a radice substantiali et supernaturali ipsius perfectiori. deinde cum Xpo Dno ratione talis unionis debeant connaturaliter visio Beata charitas et aliae virtutes supernaturales ac dona, connaturaliter etiam debetur gratia sanctificans quae earum veluti primum est.

2do quod sit exigentia ipsius humanitatis Xpi Dni cujus cum debeatur plenitudo gratiae, nec incompossibilis sit cum aliis donis gratia habitualis sanctificans, non est cur illi ea denegetur: quod non Xpus Dnus sit tamen non sit per eam formaliter sanctificatus et per accidentalem, nullum dicit inconveniens imm. maximum decorem talis humanitatis, quae debuit ornari bis gratiae sanctitate. sicut enim quod Xpus Dnus sit Beatus ratione visionis divinae substantialiter, est etiam simul Beatus accidentaliter ratione luminis gloriae et visionis creatae, ita oportuit et in sanctitate conveniret.

Sit 2a conclusio: gratia habitualis Xpi Dni est ejusdem speciei physicae infimae cum nostra. Ita Suar. hic disp. 18 sect. 2a et 3a, Valen. disp. 1 q. 8 puncto 1o q. 3a, Joannes Vincentius in relectione de gratia Xpi q. 3a pag. 231 c. 2o et 3o, alii quam plures licet ambigue in ea parte loquantur. Probatur 1o ex illo ad Rom. 8o. Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagine filii sui, nempe in iis omnibus quae illius dignitati non sunt disentanea: ex quo colligitur convenientissimum fuisse quod Xpus Dnus haberet gratiam habitualem ejusdem speciei cum aliis justis etiam si potius sit diversae speciei de quo alibi, ut ea ratione perfectiori modo esset caput Ecclesiae et perfectissimum exemplar ad cujus similitudinem et imaginem alii justi erant conformandi.

2o probatur quia non est sufficiens fundamentum ad ponendum hic distinctionem

specificat physicam, et ex alia parte cum lumen gloriae, visio D.
charitas et alia quaedam quae sunt veluti propriae gratiae habitua-
lis, sint eiusdem speciei in Xpo Domino, non tamen negat gratiam
habitualem et diuersitatem speciei physicae.

Ut 3. dicitur gratia habitualis Xpi Domini est diversae speciei mo-
ralis a gratia reliquorum, sive hominum sive Angelorum
Probatur: in Xpo Domino non eorum denominatur filii adoptivi,
et infinitae dignitatis in ordine estimatur propter Verbum, et
connaturaliter debitam, habet ordinatam plenitudinem et statum
summe perfectus quae via sicut non sufficiunt ad causandam
distinctionem physicam quae ab extrinseco illi proveniunt
nempe ex coniunctione cum unione hypostatica, ita necessa-
rio inducunt distinctionem moralem quae attenditur ex eius
estimabilitate et statu attentis omnibus circumstantiis prae-
sertim ex dignitate personae.

Atque hanc solam distinctionem moralem intendit D. Thomas hic q.
Conveniunt in duobus coiter Theologi. 1° eos justos legis nae seu scriptae non meruisse de condigno incarnationem quod probat S. Thomas hic q. 2 art. 11 tribus rationibus. 1a est opera meritoria cujuslibet justi ordinari ad merendum de condigno propriam beatitudinem, non vero unionem hypostaticam quae est longe alterius ordinis. 2a quia prius meriti non cadit sub meritum ut supra explicaimus, cum autem incarnatio fuerit prius oim meritorum antiquorum PPum ex supra dictis, non cadit sub meritum illorum de condigno. 3a quia cum incarnatio fuerit opus Dei excellentissimum, non decuit quod caderet sub meritis de condigno alicujus sed aliquorum tantum ex gratia authoris naturae ortum habere. Addendum quod de condigno aliquo legali propter improportionem operis cum praemio ex speciali pacto potuerint justi mereri incarnationem de pa absolute ut bene vult Suar. disp. 10 sect. 5: tamen id non ita de facto stetit quod in sacra Scriptura absolute incarnatio tanquam opus gratiae et misericordiae Dei proponatur, Luc. 1°, per viscera misericordiae Dei nostri illuminare nos oriens ex alto: ad Ephes. 2°, Deus qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos convivificavit nos

Xpo. ad Titus 2°: Apparuit gratia Dei Salvatoris
nri omnibus hominibus, q. si homines aliqui de condigno meruissent
incarnationem, illa diceretur dari nobis ex justitia, et debita
ut corona et premium, que omnia longe distant a veritate.

Quintus ingruo convenivnt Theologi, antiquos justos meruisse
de congruo circunstantias incarnationis v.g. acceleret, q.
esset ex progenie Abrahe &c., sic et B. Virgo meruit de
congruo dignitatem matris Dei iuxta illud Luce 2°: Respexit
humilitatem ancille sue, ecce n. ex hoc &c. de quibus
sequenti: sic et genes. 22 Abrahamo, benedicentur in se-
mine tuo omnes gentes, q. obedisti voci mee, ubi ex inter-
pretatione Pauli per semen intelligitur Xpus Dns. de
Simeone justo insinuatur Luce 2° propter suamerita
obtinuisse ut non videret mortem nisi prius videret Xpum
Domini, quod fuit mereri circunstantiam temporis. Et
de Anna vidua ait Ambrosius lib. 2° in Lucam talibus
fuisse moribus ut digna fuerit Salvatorem omnium nuntiare.

Difficultas est in eo, utrum v. nec et quoad substantiam me-
ruerint antiqui Patres incarnationem de congruo. affirmant
nonpauci: fr. Thom. hic q. 2a art. 11° corpore, postquam
probasset non meruisse Patres de condigno incarnationem subs-
tantiam, ... de congruo meruerunt tamen Patres incarnationem
desiderando et petendo, ubi Cajetanus et Medina Valen-
tia q. 2a puncto 6° Suar. disput. 10 sect. 6a Cabrera disp.
5 et aliqui Recentiores. Probatur q. Deus voluit
exequi incarnationem attendendo aliqua ratione desideria et pre-
ces antiquorum Patrum ut aliquas dispositiones ad tanti beneficij conse-

nones, quod antiqui Patres meruerunt de congruo incarnationem etiam quoad substantiam, id non sufficit ad merituм de congruo, pro quo etiam adducitur illud psalmi 11, propter miserias inopum et gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus, ubi Hieronymus, nunc exurgat hoc est mittam filium meum in eos redimere, et Ambrosius lib. 1º de poenitentia cap. 15 ait, Ecclesia Domini Iesu meruit adventum ut per ipsum homines redimerent.

Partem negantem late probare intendit Vasquez hic disp. 22 cap. 4º cuius sententia provocata Marsilius, Scotus, Thomas Argentinenses et alios, eamdem sequitur Cameris lib. 2º de Deipara cap. 16 ubi addit totam Theologorum scholam in eo conspirasse, idemque sentiunt non pauci doctores Recentiores. Illi fundantur D. Thomas loco supra citato corpore in 2ª parte qua probat Patres non meruisse de condigno incarnationem quia est principium meriti non potest cadere sub meritum, cum incarnatio sit principium omnis meriti Christi, ex quo potuerunt illam mereri: quod vero inquit Vasquez aut nihil probat aut convincit neque sub meritum de congruo posse cadere; et ad 3um ait Beatam Virginem meruisse (ex) ... de congruo portare Dominum non quod meruerit ipsum incarnari, supponit quod neque illas neque Patres antiqui meruisse de congruo incarnationem quoad substantiam. 2º quia cum Patres certissime scirent ex divina revelatione futuram incarnationem, certe non dirigerent orationes suas ad substantiam illius sed ad accellerandum et alias circumstantias, non enim videtur quis prudenter petere quod certissime sit futurum.

Deinde auctores oppositae partis addunt, principium meriti non cadere sub meritum ... qua est principium meriti, bene tamen subalie

videarat, et ita incarnatio prout erat sibe in intentione divina est prius meritis Christus et consequenter non cadere sub meritus illorum, cecidit tamen inquantum sub meritus prout executioni mandata, quarone non erat prius meriti illorum cum antequam illa executioni mandaret et prius ratione quasi Deus, quia etiam visionis illas intueret ver factas, collata intelligant Patribus auxilia et dona gratiae ad merendum. Ad urget Vasquez citatus cap. 6 n. 61 auxilia gratiae data fuisse Patribus propter incarnationem ut re ipsa futuras solutioni anticipata, et ita eam distinctionem non valere.
Ad 2um dicendum, quod quamvis quod Deus revelavit se facturum decrevit facere independenter ab orationibus hominum, non solet tamen Deo postulari, sic non adventus 2us in die judicii non solet Ecclesia petere quod a Deo fit independenter a nostris precibus. Scere si opus sit talequod fiat dependenter ab orationibus hominum, sic non inquantum Christus Dominus orabat pro electis quos tamen certo sciebat esse electos.
Verisimilis congruentia rationis et solutionis utriusque partis satis reddet utramque probabilem esse: sed licet de affirmativa quoad possibilitatem non dubito, ita asserere de facto non ita stigere congruentiis existimo. 1o quia maior gloria et decor est Christi Domini quod neque Angeli neque homines illi aliquid meruerint ne membra aliqua ratione dicat in caput influxus habuisse: Et cum ipse incarnationem suas nulla ratione meruerit, oportuit ut neque hoc illas meruerint: 2o magis commendat Dei beneficientiam et misericordiam si incarnationem dicat operata nullis prorsus meritis precedentibus ex parte hominum. 3o melius sine dubio

salvatoris primi meriti, si dicatur resque nullius cecidisse sub meritum; et cum in hac parte nulla dispensatio facta fuerit cum Christo Domino ex supra dictis quaestione 1ª, a fortiori neque debuit fieri cum antiquis Patribus. Ad 4um quo ad salvandum testimonia Scripturae et Patrum supra dicta, satis est si dicatur Patres meruisse incarnationem de congruo quoad circumstantias, id est, ut ipsi exprimebant suis desideriis et orationibus.

Ad rationem pro opposita parte dicendum attendisse quidem Deum ad orationes, obedientiam et desideria antiquorum Patrum tanquam ad meritum de congruo ad ponendas accelerationes incarnationis et alias ejusmodi circumstantias, non autem ad ponendam substantiam incarnationis, nec est unde oppositum probetur. Ex quo non sequitur antiquos Patres non solum non meruisse praedestinationem incarnationis adaequate sumptam quatenus ut sic respicit ut effectum ipsa merita Patrum, id neque inadaequate prout solum praecise tractat ad substantiam ipsius incarnationis.

Quaestio 2ª

Utrum Beata Virgo meruerit dignitatem matris Dei?

Licet ex dictis disputatione praecedenti non meruerit B. Virgo incarnationem quoad substantiam, cum tamen meruerit quoad circumstantias, ea quae fuit potissima circumstantia, scilicet quod ipsa fuerit mater Dei, merito petitur an et quomodo eam meruerit. Et in primis quod aliqua ratione eam meruerit, negari non potest cum tam clare Patrum testimonia id doceant quae bene congerunt Salmer. tomo 3º tractatu 6º et Alvarez in Matthaeum lib. 2º tractatu 7º c. 8. Hieronymi epistola 22

ad Eustochium cc. finem ait: Beata Maria cuius virginitas digna fuit ut mater Domini esse mereretur. Augustinus lib. 1° de natura et gratia cap. 36; concipere et parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum: Unde Ecclesia non semel id decantat, quia quem meruisti portare etc.

Qua autem ratione id meruerit dissentio est inter theologos: Gabriel, Abulensis et alij apud Suar. citandos asserunt meruisse de condigno, neque est ita digna aliqua censura erroris aut temeritatis, ut ponderavit Cabrera supra q. 2a art. 11 disp. 6a n° 16 contra Medinam. S. Bonaventura in 3° distinctione 4a art. 2° q. 2a docet ante anuntiationem angelicam meruisse eam dignitatem de congruo, post anuntiationem vero de digno non de condigno, intelligit autem per digni meritum quoddam medium inter congruum et condignum; Salmeron vero citatus addit post anuntiationem angelicam de condigno id meruisse.

Sit 1a conclusio: B. Virgo de congruo solum meruit dignitatem matris Dei. Ita docet S. cum D. Thoma hic q. 2a art. 11 ad 3um ubi Valen. q. 2a puncto 8°, Suar. disp. 10 sect. 7 et 8a, Vasquez disp. 13 cap. 2°, 3° et 4°, Cabrera supra citatus et alij recentiores; idque solum intendunt Patres cum asserunt B. Virginem dignam fuisse quae foret mater Dei, aut similes locutiones affirmant, vide Suar. sectione 7, sensus quippe est fuisse digne dispositam ad tantum munus, habuisse gratias et virtutes proportionatas tantae dignitati, quae positis congrui erat quod a Deo eligeretur in matrem Dei, quod est meritum de congruo seu meritum impetratorium: cum autem ad meritum de condigno requiratur quod Deus aliquid promittat ut premium operis meritorij, nec constet B. Virgini promissam fuisse

maternitas Dei ut premium suorum operum, non est unde colligatur eam meruisse de condigno. Deinde quia merita justorum ex lege communi solum habent dignitatem ad propriam beatitudinem et ad media quae ad illam ordinantur ut quaestione praecedente dicebamus ex D. Tha. Cum autem maternitas Dei sit altioris ordinis nec per se sit medium ad beatitudinem requisitum, non est unde colligatur Beatam Virginem de condigno meruisse tale munus.

Sit 2a conclusio: possibile fuit Beatam Virginem meruisse de condigno dignitatem matris et probabile post anuntiationem angelicam ita contigisse. 1a pars facile suadetur a simili ex aliis supra dictis, quia poterat enim intervenire pactum Dei quo promitteret ea dignitas ut premium et merces operum B. Virginis, quo posito sine dubio de condigno mereretur eam dignitatem. 2a vero pars suadetur ex eo quod cum post annuntiationem angelicam ita copiosa Spiritus Sancti gratia in eam descenderit, videtur illi saltem implicite in premium sui consensus tunc obedientia et humiliter praestiti ea dignitas collata, specialiterque quod non erat ut in B. Virgine gratia extenderet ad hoc meritum de condigno, quae etiam in majorem tanti mysterii commendationem cedebant. Neque obstat ex D. Tha. 1a parte quaestione 25 art. 6o ad 4um maternitatem Dei continere dignitatem quamdam infinitam, jam enim supra attendimus quaestione initio, non requiri inter premium et meritum aequalitatem physicam sed proportionem secundum aestimabilitatem, sic enim iustus de condigno proprio per actus charitatis meretur gloriam aeternam quae longe perfectior est quam charitas. P. Bencau(?) notat Suar. citatque ex D. Tha. a nemine recte et pie sentiente negari posse B. Virginem fuisse condigne dispositam

ut eet mater Dei, 3 eam dignit. de odigno n̄ meruerit

Ex qq ibi tandem colligit q̄ Xpus Dns sibi meruerit; quid nobis, qua ap. rone Angeli et hoes illi aliq uel meruerint aut mereri potuerint, et quanto pere Xpo Dno et Angeli et hoes debitores simus eius, v. ut notavit D. Thas Lect. 1a in cap. 14 Ioannis, sicut cū productio creaturarū de Xpo Dno, ut Verbū Dei ē, dr Ioannis 1o oia p ipsum facta sunt et sine ipso factū ē nihil, quo ostendit eē coaeternū et coaequalem Patri in omnipoa et officio 1ae causae, ita in eē primi prij meritorij seu 1ae et univsalissime causae meritoriae aperte de ipso ait Ioan. 15, sine me nihil potestis facere, q̄ ex sup dictis ad Angelos et hoes referri debet.

Ex qq verbis validissimus arguens sumpsere Concilius Milevitanus et Arausican. saepissime dicit cō Pelagianos qui bene notat n̄ semel praesertim Lib. 1o de gra cō Pelagius et Celestius cap. 29 et tt.u 81 in Ioan. n̄ dixisse Xpus Dns sine me parus potestis facere s. nihil q̄ sicut bonus sic et praemio dignus, unde merito Aug. dona ibi eam appellat illustrem sns cō Pelagianos.

Quod autē Xpus Dns cum dixit sine me loqueret de seipso est ut hoc satis patet ex contextu ubi se appellaverat vitem, notat autē ibi Augus Xpus eē vitem sm nras humanas q̄ viti et palmes debent eē ejus dem natā unde concludit tt.u 80 in Ioan. factū ē homo ut in illo viti eēt humana ejus et nos hoes palmites eē possem oia ē dona gre coicant nobis à Xpo Dno est ut hic efficienter quidem et principaliter sm nam divinam instrumentaliter v.o et meritorie sm nam humanam.

Cus autē Germanus constantinopolitanus serm. de Dona

Domine, l. hic in suo ~~lib~~ tomo 4° die 31 Augusti, ait de B. Virgine, nullus est qui salvus fiat nisi per te; nemo est cuius donum concedatur nisi per te; ab aliis SS. PP. vocatur Thesauraria gratiarum Dei et erogatrix munerum, sensus est B. Virginem suis precibus et intercessione impetrare hominibus dona gratiae quae antea Xpus Dominus meruerat: vide Salmeron t° 3° tract. 1 ad finem et Suar. t° 2° in 3 partes disp. 23 sect. 1a atque haec satis sint de merito Xpi Dni et eius efficacia et extensione.

Disputatio 13a

De communicatione idiomatum in Xpo Dno et illius unitate.

Quae in hac disp. concludenda sunt docuit D. Thomas q. 16 ubi per 12 art. agit de communicatione idiomatum, et q. 17 ubi per duos art. de unit. Xpi Dni quantum ad esse, pluraque in eis continentur in ipsis textis satis perspicua.

§ 1

Quid sit communicatio idiomatum et quae in ea regulae servandae.

Quando in eodem subiecto seu habente dantur simul plures formae quae illae de seipsis ad invicem nequeant praedicari, praedicantur simul de concreto seu habente, ursus veri [illegible] affirmativa in concreto sufficiat identitas realis in ipsum[?] hominis[?] quod formae sint inter se realiter et essentialiter diversae, atque haec mutua praedicationum communicatio dr idiomatum communicatio, idioma enim graece, latine ~~omnes~~ est proprietas sermonis, sicque in eodem igne dant-

siccitas et calor de illo dr calidus e siccus, et siccus et calidus, idest idem e hens caloris et siccitatis, eadem ratione de hoc dr intellectivus e sensitivus et e contra, idest idem e hens intellectionis et sensationis, carere quod deficeret non dant plures formae substantiales in eodem subiecto simul, non daret communicatio idiomatum substantialium nisi in mysterio Incarnationis, si tamen aia equi et aia hois darent simul in eodem hente seu supposito ut intelligere potest supernaliter, vere et proprie diceret homo e equus et equus e homo loquendo de illa suppositione, idemque erit de aliis ejusmodi, cum ergo in Xpo Dno dentur simul duae naturae integrae divina scilicet et humana mediante unione hypostatica copulatae in unitate suppositi, sequitur de Deo praedicari posse in concreto ea quae sunt propria naturae humanae et de hoc appelando supra Xpus ea quae sunt propria Dei, sicut Deus e homo, ho e Deus, Deus e mortalis, mortuus crucifixus et homo e immortalis loquendo de Xpo Dno, sensus e in ipso oit quia in Xpo Dno dari suppositum hens naturas humanas capacem mortis et simul divinitas mortis incapacem quod verissimum e; unde acute Origenes Lib. 2o Periarchon cap. 6 ait, propter incarnationem per omnem scripturas tam divina natura humana vocabulis appellatur quam humana natura divinis nuncupationis insignibus decoratur, magis enim de hoc quam de ullo alio dicitur quod scriptum e quod erunt ambo in carne una et jam non sunt duo sed caro una, magis enim Verbum Dei cum aia in carne una esse quam vir cum uxore putandum e. Et Gregorius Magnus lib. 23 Moralium in 3o caput 166 cap. 4o, qui sunt in carne una nihil obstat ut inveniant etiam in voce una, pulchre et rem explicat Salmer: tomo 1o prologo 11a in 3a quinquagena canone 4o exemplo matrimonij in quo ex locutione iuristarum uxor ait marito, si tu es Cajus, ego sum Caja, idest si tu es dominus, ego sum domina, si tu Rex ego Regina

atq³ hanc doctrinam de communicatione idiomatum in Xpo Dno
ut certam sm fidem sequuntur Theologi in 3° dist. 47
et 11 ubi plura Medina, Valen. Suar. Vasq. et Ca-
brera, desumitq³ ex concilio Ephesino 1° canone 1° et 4°
et ex 6ª synodo generali actione 11ª et 18 et concilioq³
Lateran. sub Martino 1° c.c. 5ª can. 4°, ex Aug. Dno lib.
1° de Trinit. cap. 13, ex Cyrilo Alexan. in defen-
sione 4ⁱ anathematismi et alijs. Unde sequitur rejici
debere nestorianos, eutychianos et alios hereticos
asserentes hanc communicationem idiomatum in Xpo Dno esse impro-
prias et abusivas de quo vide Bellar. t° 2° controversia
generali 2ª lib. 3 de incarnat. cap. 9°. 2° sequitur esse non con-
sistere in reali communicatione naturarum inter se aut unio
sed 3° fieri immediate facta in personalitate Verbi. 3°
cavendas esse eas reduplicationes quae denotant naturarum
confusionem ut si dicas Xpus Dnus quatenus homo est om-
nipotens, sensus n. est omnia convenire illi ratione humanit. quod
quod est falsum.

Vasq. hic disp. 63 cap. 4° existimat non ideo fieri hanc
communicationem idiomatum quia nomina concreta supponant
pro habente seu supposito, quia, inquit, inde sequeretur
quod si tres divinae personae assumerent eamdem humanitatem
dicendi forent tres homines, quia essent tria habentia humanitatem
quod tamen supra disp. 6ª q. 3ª rejectum est. Igitur n° 25 docet hanc
vocem Deus non esse idem ac habens deitatem, sed nomina concre-
ta naturarum cum invicem praedicantur de Xpo Dno ut cum di-
cimus Deus est homo et homo est Deus non supponunt pro ha-
bente naturam sed pro natura ipsa retinente suppositum aut suppo-
sita in quo est. dari autem eam communicationem idiomatum propter

uniones hypostaticas ex eo quod in eodem supposito sint duae naturae, quarta contra regulas syllogismi expositorii quod dicitur de aliquo subjecto dicitur etiam de quovis quod de illo praedicatur.

Retinenda est communis doctrina cum D. Tha. 1ª pᵉ q. 39 art. 4 ubi ait hoc nomen Deus idem esse ac habens deitatem, idem quod est de aliis ejusmodi concretis, unde cum dicimus Deus est homo, homo est Deus, sensus est in Christo Domino idem suppositum divinum trahere naturam divinas et humanas, sicut si tres personae divinae assumerent eamdem humanitatem non dicerentur tres homines quia ut loco citato dicebam, nomina numeralia primitivae speciei juncta nominibus substantivis multiplicant habens et rem habitam quia utrumque afferunt in recto, unde licet homo sit idem quoad rem ipsam ac habens humanitatem non tamen quoad modum significandi quia vox homo affert in recto utrumque et communis unio, habens vero humanitatem suppositum affert in recto, formam in obliquo, et ita numeralia multiplicant habens non rem habitam, dicendumque in casu dicto tria habentia humanitatem non tamen tres homines et sic de aliis ejusmodi.

D.º 2ª

De legitimo usu communicationis idiomatum. Q

Egregie notavit Valentia hic q. 16 puncto 2 initio tria ante oculos habenda esse in usu harum propositionum de Christo Domino propter communicationes idiomatum. 1us est controversia quae tale signatus habita fuerit ab ecclesia cum haereticis. 2us, modus significandi talis vocis seu propositionis. 3us, est id quod connotant ista nomina; propter aliquod enim istorum ipse in hac materia ab aliquibus propositionibus abstinendum est quae alioqui spectata sola nominum significatione verissimae sunt propter dictaque praecedenti, ideoque aliquae propositiones de Christo Domino reperiuntur ab antiquibus

PP^bus ccesse, ab alijs negare ex occasionem occurrentem de legitima aut propostera illarum intelligentia propter hereses insurgentes.

Hac de causa haec propositio Xpus est creatura sensu vero haere positum, scilicet Xpus est habens aliquas entitates creatas, quae ratione naturae humanae verissimus est, reperiatur in aliquibus PP^bus; ea propositio absolute tamen non debet proferri, sed addendum secundum naturam humanam ne videamur consentire Arianis dicentibus Xpum Deum esse creaturam; cuius ipsi intelligerent esse creaturam secundum naturam propriam Verbi; unum monet D. Thomas hic nec nomina debemus habere communia cum hereticis.

Eadem ratio est de hac propositione Xpus est minor Patre. Xpus est subjectus Patri quae non debent proferri absolute sed eius addita secundum naturam humanam. Simili de causa non est admittenda haec propositio, Xpus incepit esse, seu hic homo (signato Xpo Domino) incipit esse Deus, videtur enim sonare quod Verbum incepisse esse, quod in re verius sit secundum humanitatem incepisse esse, et ideo S. Vigilius Lib. 5° contra Eutichetes, habetur tomo 5° Bibliotecae, ait; Xpus ipse unus et idem est, et creatus et non creatus, habens initium et initio carens. quae omnia ratione diversarum naturarum verificantur. Idem assero de hac propositione Deus mutatur. et per communicationes idiomatum quae concedatur haec Deus ambulat, movetur, illa loquendo de Xpo Domino est enim ambigua et videtur favere Arianis, unde Hieronymus in id Psalmi 76; haec mutatio dexterae Excelsi, cum ait: Nisi Filius ejus mutatus fuerit et hominis corpus acceperit, nos misericordias accipere non possumus, improprie loquitur.

Propter Nestorianos etiam cavendum est ab alijs propositionibus: Xpus est homo dominicus, Xpus est Deus humanatus, est homo theophorus seu Deifer, est homo divinus, est homo deificatus quae sonare videntur inter Deum et humanitatem non fuisse unio-

nes

nes accidentalem moralem aut affectivas, et Xpus de Deus et Dominus sol accidentaliter n. substantialiter et essentialiter, quare ea denominativa in Xpo Dno regulariter loquendo vitanda erunt, q si similes ppes q reperiantur in aliquib. PP. explicandae sunt in alio sensu n. denotante unionemq accidens ut notat Suar. disp. 35 sect. 3. eadem de ea fugienda sunt hae ppes. Xpus e purus homo est persona creata, est filius adoptivus Dei, q afferunt ppe dicataque n. possunt verificari nisi in subo habente personalitatem creatam.

Haec ex pp; homo factus est Deus, loquendo de Xpo Dno n. e propria q sensus e suppositus q affert ex Xpo subi factus fuisse Deumq falsum est, suppositus n. Xpi Dni semp fuit essaliter Deus et ita n. potest ei venire q sit factus Deus; si tn. sit haec sensus rone unionis hypostaticae humanitatis unitas fuisse Deo e pp. id n. videt is sensus ita proprie p illas afferri. Secus de hac ppe Deus factus e homo, quae proprissima e sicut haec, Verbum caro factum est, vide ejus explicat. sup. disp. 5 q 1 ad 2 et simili rone in alijs ejusm ppb sentiendum erit.

Ad ecce ostendit Durandus in 3o distinct. 5 q 2 hanc pp. Deus e homo, et hanc homo e Deus ee minus proprias quam istam Deus est homo, q hac e essalis n. autem de esta Dei ac homines, unde concludit magis proprias ee hanc locutionem Deus e humanatus quam istam Deus e homo: sed temere Durandus ita loquitur sa eodem sensus Eccle, h. n. magis sit idem praedicatum homo cum Po quam cum Deo, utraque tn. pp e aeque propria propter dicta q precedenti, ad proprietates n. pp n. tam attendit major inclusio predicati in subo quam q predicat verificet de subo importet q eius sufficienti distinctione nec sit identica, et cum ea identitate quae ad verites ppis affirmative requirit et sufficit, q e identitas habentis ut supra dicebamus.

Qua

Dico notanda sunt in hac q. 1° ea quae conveniunt esse divinae
prout est in omnibus personis divinis convenire etiam Verbo Divino
atque adeo Xpo D°. non vero ea quae conveniunt esse divinae praecise
prout est in Patre solo aut Spu Sancto, sic enim non dr Xpus
Dns generare neque esse Pater aut Spus Sanctus; bene tamen esse
ab aeterno, esse immensus &a. iuxta illud Pauli ad Hebreos 13;
Iesus Xpus heri, et hodie ipse et in saecula, scilicet tam a parte post
et a parte ante, et ipse Xpus Dns de se ait apud Ioannem, ante-
quam Abraham fieret ego sum; quae ratione suppositi verissima
est. Igitur de Xpo Dno ac proinde de illo hoe qui simul est Deus
absolute et in sensu specificativo recte praedicatur quidquid
praedicatur de Verbo tam in abstracto quam in concreto, v.g. Xpus
est filius naturalis Dei, est summa sapientia, est ipsa sapientia
ipsa aeternitas, ipsa essentia divina &a. ea vero quae sunt propria naturae
humanae non possunt praedicari in abstracto de Xpo Dno cum dis-
tinguantur realiter a supposito, v.g. Xpus est humanitas &a.
Dico 2°: cum Xpus Dns simul sit Deus et Homo, de illo pote-
runt ~~praedicari~~ simul praedicari divina et humana in concreto
ut Xpus est corporeus et incorporeus, mortalis et immortalis, aeter-
nus et temporalis, quae locutiones saepe reperiuntur in Patribus et
plures ponuntur in 6a synodo generali actione 11 tomo 3 conciliorum: hoc
3°: ~~Xpo~~ Xpus est divinitas et humanitas simul sumptae seu
unitae. vero est in sensu sit esse compositum constans ex natura divina
et humana unitis in una persona divina, secus reiiciendum erit.
Cuius vero S. Quintianus episcopus tomo 2° conciliorum pag. 229 apud
Mediolum in sua confessione damnat asserentes Xpum Dnm esse
Deum hominem contendit quidem esse Deus et homines, solus
damnat eam locutionem in eo sensu quo significet in Xpo
Dno humanitatem et divinitatem non esse distinctas naturas sed confusas

Haec vero propositio Christus inquantus homo est hypostasis seu persona, vera est si sensus sit naturam humanam in Christo Domino convenire esse in aliquo supposito. Falsa si sensus sit humanitatem convenire in Christo Domino proprias subsistentias creatas, in qua autem ma sit haec propositio Deus est homo, vide supra disputatione 5 quaestione 3.

Plura alia quae circa haec examinant hic ab interpretibus satis perspicua sunt, colligentur facile ex dictis et exemplo textu D. Thomae de alijs propositionibus ut Christus est persona humana diximus supra disputatione 5 quaestione 7. Porro de natura divina non dicuntur proprietates humanitatis eo quod non fuerit immediate unita illi. De hac vero propositione quae apud aliquos Patres reperit scilicet divinitas est incarnata, vide supra disputatione 5 quaestione et multa Vasquez hic disputatione 14 cap. 4o et quidem ita loquuntur Bernardus sermone 1o de paschate, Venerat ad nos calceata majestas, divinitas incarnata, Athanasius et Cyrillus & hi dum addant Verbi scilicet divinitas seu natura Verbi incarnata est, qui modus loquendi securior est. certe S. Thomas hic quaestione articulo 1o ad 3ium predictas propositiones non rejicit et summo ea non contendat immediate unitas fuisse divinitatis humanitati concedi poterit.

Haec vero propositio divinitas est nata, passa, et mortua, crucifixa, &c admittant a Fernando Diachono in epistola ad Anatholium, nec repugnare videat Fulgentius in responsione ad quaestionem 2am Fernandi & addat explicatur scilicet Divinitas Christi in carnem crucifixa est Ita non tamen deberet admitti similes propositiones ut tollatur suspicio errorum, quia signare videntur divinitatem fuisse principium finale quo harum actionum seu effectuum, quod est hereticum, vide supra disputatione 3a quaestione 12 sectione 1a no 6, et ideo S. Thomas opusculo 1o contra errores Graecorum similia Patrum interpretatur et ad verum et catholicum sensum reducit.

Q.o 3.

1. Xpus Dominus sit unus an duo. Q

Cum Xpus D.ns ut talis sit ens aliqua ejus unitas seu negatio divisionis, diversitatis, et multiplicationis convenit necesse est cum unitas sit passio entis. Igitur inprimis non potest negari de aliquid unus unitate compositionis substantialis seu unitate suppositi ut dicitur in symbolo Athanasii, qui licet Deus sit et homo non duo tamen sed unus est Xpus. Et in symbolo missae; Credo in unum Deum Iesum Xpum, unitas non omnis simplex omnis compositionis expers soli divinae esse proprietas est.

An autem Xpus D.ns simul possit dici plura propter pluralitatem naturarum difficultas est. Et quidem 6a synodus generalis act. 11a ait, ille sumitur simul unus et duo, unus quidem secundum substantiam unicam personam, duo vero secundum ipsas naturas atque naturales earum proprietates. Ad hoc tamen non est dicendum absolute duo ut docet S. Thomas hic q. 17 art. 1o et bene probat Vasq. disp. 70 cap. 3o quia talis loquendi forma videtur pluralitatem suppositorum in Xpo D.no et removere unionem substantialem, praesertim cum neque tenere quare exercet dualitatem et pluralitatem non praedicentur utraque in abstracto de Xpo D.no, natura non humana non potest praedicari in abstracto de illo ut supra diximus. Est ergo Xpus D.ns unus et unus absolute (seu Dominus absolute est unus et unus licet communiter ex [illegible] vel aliter distinctis) duo autem aut plura non nisi cum additio ut loquitur 6a synodus scilicet secundum naturas.

Et illud moveri potest an Xpus D.ns possit dici alius et alius aut aliud et aliud: et quidem in genere masculino hoc relativum diversitatis absolute appellat supposita personas

et ideo in Trinit. dr Pater aliq a Filio: in gre tn neu-
tro appelat n solu sup. personas sed et sup nas, ideo
n scebit in divinis Patrem ee aliud a Filio. Joan.
10; Ego et Pater unus sumus h n unus. in repraesenti:
in primis Xpus Dns n potest dici alius et alius, q in illo
n dant plures personae. sed neq absolute aliud et aliud
ut monet D. Thos hic art. 1o ad 1us q a h sint diversae
nae in illo, eadem tn e persona, cus additio tn scitu e aliud
et aliud im nas admitti posset, quo pacto n semel lo-
quunt PP.es apud Medinas hic, Vasq. citatus n ia...
3o convenendit servata propriet. sermonis dici posse Xpum
ee aliud et aliud sine additio sicut et ee utrumq et ee
hoc et illud, cus ita Loquant aliqui PP.es referri pos-
sit ad nas solas: certe in hac re dum constet de veritate
n multus de vocib. litigandus; servari tn debet cos mus
loquendi ut tollat ois suspicio erroris, piaeq interpretan-
da PP.us testimonia si alicubi dissentire videant.
Idem stingit in ijs propositionib. Xpus e totus homo, n aut
totus s. totaliter, vide sup. disp. 5a q. 1 q a h, totus de-
nottat n dari duas personas unas quae sit homo, ali-
amque sit Deus, totus vo notat ibi ee nas humanas...
Hic et vere ilr hae pps. Totus Xpus e ubiq. n aut totus
q ratione psonae solu e ubiq, n ratione humanit.s. Totus Xpus
fuit semp, totus Xpus fuit ab aeterno; in triduo totus fuit
in sepulchro; Totus apud inferos, n vo totus q a ratione per-
sonae verificant eae locutiones n vo ratione humanit.s, in eo
qs sensu in 6a synodo act. 11a dr totus Deus et totus homo,
idemq erit in alijs ejusmodi pp.bus.

R. dices quia in Trinit. dant. tres personae et una na. Deus absolute et proprie dr. Trinus et unus, ergo similiter quia in Xpo Domino dat. una persona et duae nae. absolute dicet. unus et duo aut plura. R. cum in Trinit. plures p̄- sonae ... n. faciant unus suppositus aut compositus, absolu-

et ideo in Trinit. dr Pater alius a Filio: in gre tn neu=
tro appellat. n̄ solu sup. personas sed etiam sup. nas, ideo
n̄ scebit in divinis Patrem ee aliud a Filio. Joan.
10; Ego et Pater unum sumus. h n̄ ing in [illegible]
in primis Xpus D.ns n̄ potest dici alius et alius, q in illo
n̄ dant plures personę. sed neq absolute aliud et aliud
ut monet D. Thos hic art. 1o ad 1us. q a h sint diversę
nę in illo, eadem tn ę persona, cuius additio tn sitz ę aliud
et aliud in nas admitti posset, quo pacto n̄ semel lo=
quunt PP.es apud Medinas hic, Vasq. citatus n̄ [illegible]
3o conveniet servata propriet. sermonis dici posse Xpum
ee aliud et aliud sine additio sicut et ee utrumq et ee
hoc et illud, cuius ita Loquant aliqui PP.es referriq poi=
sit ad nas solas: certe in hac re dum constat de veritate
n̄ multus de vocibus litigandus, servari tn debet cōis mos
loquendi ut tollat ōis suspicio erroris, pieq interpretan=
da PP.ius testimonia si alicubi dissentire videant.
Idem stinget in ijs propositionibus Xpus ę totus homo, n̄ aūt
totus .i. totaliter, vide sup. disp. 5 q. 1 q. h totus de=
notat n̄ dari duas personas unas que sit homo, ali=
amque sit Deus, totus v̄o notat ibi ee nas humanas [illegible];
sic est vere sit hę ppes. Totus Xpus ę ubiq n̄ aūt totum
q. rone psonę solu ę ubiq, n̄ rone humanit.s; Totus Xpus
fuit semp, totus Xpus fuit ab aeterno; in triduo [illegible] fuit
in sepulchro; Totus apud inferos, n̄ v̄o totum q a rone per=
sonę verificant eę locutiones n̄ v̄o rone humanit.s; in eo
etiam sensu in 6a synodo act. 11a dr totus Deus et totus ho,
idemq erit in alijs ejusmi ppibus.

Et

Ad 3um dices quia in Trinitate dantur tres personae et una natura, Deus absolute et proprie dicitur Trinus et unus, ergo similiter quia in Christo Domino datur una persona et duae naturae absolute dicetur unus et duo aut plura. Respondetur cum in Trinitate plures personae, totaque non faciant unum suppositum aut compositum, absolute dicitur Deus unus et Trinus, at vero omnia quae dantur in Christo Domino absolute faciunt unum compositum et unam personam compositam, supra disputatione 4a quaestione 2a, et ita non debet dici absolute duo vel plura quia id notat divisionem repugnantem perfectioni compositi. Ita ferme respondet Vasquez citatus. Qua autem ratione in Christo Domino dicantur esse tres substantiae et una persona ex Bernardo vide supra disputatione 1a quaestione 1a et disputatione 5a § 5a.

Quaestio 4a.

Utrum in Christo Domino detur unum esse existentiae, an potius humanitas existat per propriam existentiam creatam?

In Christo Domino dari unicam indivisibilem existentiam divinam per quam totaliter existat ejus humanitas, docent plures Thomistae hic ad articulum 2um quaestionis 17, Cajetanus, Alexander, Cabrera et alij existimantes eam esse sententiam D. Thomae; illam acriter defendit Ioannes Vincentius relectione de gratia Christi quaestione 1a a pagina 898; fundamenta hujus sententiae sunt 1o plura Patrum testimonia asserentia humanitatem Christi Domini non existere in semetipsa sed in Verbo, ut loquitur Sophronius in 6a synodo actione 11a, consonatque Damascenus Lib. 3o fidei cap. 22 ubi ait, humanitatem seu carnem in Verbo habuisse

existentias. Alij PP.es asserunt non prius fuisse creatas et postea assumptas, sed ut ipsa assumptione crearet nullum fuisse intervallum inter initium carnis et adventum majestatis, et alia ejusmodi.

2.us e. q. si humanitas Xpi Dni existeret per existentias sibi proprias et naturalem sequeretur q. B. Virgo non esset fraliter Dei mater, q. e hereticum. Pbr q.a prius hna quam assumeret existeret in re ex vi actionis generativae Bae Virginis et ita solum esset mater humanitatis B.a Virgo non v.o Dei hominis, q. fundamentum tantum facit Vincentius ut pag. 916 asserat oppositam sam nisi videret authoritate gravium Theologorum muniri, se existimaturus improbabilem et parum fidei consentaneam.

3.us e ex opposita sa sequi gravia inconvenientia videlicet in Xpo Dno dari duplex esse, unum creatum et alterum increatum; humanitatem existere in re ipsa et non in Verbo; unionem humanitatis cum Verbo non esse substantialem sed accidentalem, q.a ex communi axiomate Theologorum cum D. Tha 3.a p.te q. 2.a art. 3.o ad 2.us, quidquid advenit enti completo advenit illi accidentaliter nisi trahatur ad idem esse.

4.us fundamentum sumit ex prijs metaphysicae, q. scilicet ex com. prologium ex pluribus entibus in actu non potest fieri unum per se; q. existentia creata distinguitur realiter ab essentia creata, et ita potest Deus illas separare ab essentia humanitatis; q. existentia propria naturae substantialis non e distincta ab ipsius subsistentia: cum ergo in humanitate Xpi Dni non detur propria subsistentia, neque dabitur propria existentia; q. existentia cujusvis substantiae sequitur proprium suppositum et est pro-

pri-

prius actu illius. his fundamentis adeo innititur Thomistae ut Vasq. 1 p. te q. 4 art. 2 oppositas sas. reputet plusquam falsas et non tutas, et Cabrera n. 8 vix aliquid probabilitatis illi [illegible]; quas tamen sit veritati consona, ex dicendis patebit.

Sit 1a cc. humanitas Xpi Dni existit fraliter per existentias creatas proprias et non per existentias increatas Verbi; imo nec per illam existere potuit. cc quoad utramque partes sequuntur de illis qui asserunt existentias non distingui realiter ab essaen creaturis; quos retulimus in metaphca ubi late etiam diximus eam veritatem quae hic repetenda non erunt. Quod ad proprias tamen attinet ita sentiunt Valen. Suar. Vasq. et alij Recentiores communiter hic. Pbr cc quoad 2am partem ex quo a fortiori constabit 1a, quia implicat aliquid produci quin producatur ejus existentia hoc non ipsius e producere aliquid, producere scilicet ejus existentias seu ponere extra causas, sed non potest uniri Deo humanitas nisi producatur, ut patet, quia non potest uniri nisi habeat proprias existentias, quia non rone essentiae humanitatis ponet extra causas per existentias Verbi, cum ea non producatur; immo jam non esset aliquid quod evaret saltem productum, nec essentia ut essentia, quia ut sic nec generabilis e nec corruptibilis; non essentia ut existens, quia existentia est divina, nihil quod e quod tunc producat, quia implicat hoem ee actu in re et non here suam existentias creatas. quae ro procedit etiam si supponat existentias distingui realiter ab essentia in creaturis, adhuc non existentiae deberent multiplicari realiter pro multiplicatione essarum, nec unio potest mediare inter duo extrema nisi supponat utrumque here suas existentias peculiarem in qua recipiat unionem; quod adhuc in unione hypostatica verum est, quae cum non possit subjectari in existentia Verbi, debet dari existentia creata ex parte humanitatis

in qua subjiceret; sicut ergo impossibile est creaturas ubicari formaliter per Ubi divinum, aut intelligere formaliter per intellectiones divinas, ita et existere formaliter per existentias divinas. vide supra disp. 6ª q. 1ª.

Sit 2ª conclusio. Etsi concederetur potuisse humanitatem existere per existentiam increatam Verbi, non est dicendum de facto id ita contingere. ita sentit Albertinus 1º 2º q. 10 theologica conclusio 10 corollarius 3us ex praedicamento ubi, ubi cum in 1ª conclusione dixerit non repugnare humanitatem assumptam a Verbo potuisse carere propria existentia creata et assumi ad existendum existentia divina (supponit non essentias et existentias in creaturis distingui actualiter a parte rei, quod docuerat supra disp. 2ª q. 1ª conclusione 1ª) infra subdit de facto existere existentia propria creata et non existentia divina sive absoluta sive relativa Verbi. Probatur ratione quia quidquid sit de possibili urgentissima fundamenta dantur ad existimandum ita contigisse, 1º quia id conformius est doctrinae Conciliorum, cum enim in Toletano 11 in confessione fidei asseratur Verbum non suscepisse humanitatem in aliquo quod sit commune Trinitati sed solum in eo quod est proprium Filij, et in 6ª synodo act. 3ª dicatur quod Pater et Spiritus Sanctus non communicant in assumptione humanitatis nisi tamen benignissimam voluntatem efficiendo sola unionem, sequitur humanitatem non existere per existentias divinas quia haec unica est absoluta et communis tribus personis ut communiter docent ipsi Thomistae Cajet. Banes et alij. Loter quod probat Cabrera 3ª parte q. 2ª art. 2º disp. 3ª 3 Suarez tomo 2º in 3ªs partes q. disp. 11 sect. 2ª ponentem in Deo praeter existentias absolutas tres relativas, et ita jam humanitas unita esset et assumpta in aliquo communi tribus personis quod dici non potest; et si diceret immediate existere per existentias relativam Verbi ponendo eas distinctas ab

exi-

existentia absoluta, de quo modo in principio, sane sicut natura divina non potest existere per solas existentias relativas, sed requirit etiam absolutam, ita humanitas deberet existere etiam per existentias absolutas, quod falsum est.

Deinde in 6ª synodo generali actione 4ª in epistola Agatonis, et actione 11 in epistola Sophronii, et alibi saepe dicitur Verbum assumpsisse naturam humanam in singulari perfectam et integram cum suis partibus et proprietatibus naturalibus, quomodo id verum est si assumpta est sine propria existentia quae illas solet in esse complere! Item eadem 6ª synodo etiam dicitur in Christo Domino esse omnia duplicia quae ad naturas pertinet: quare id verum est si in Christo Domino quaelibet natura non habeat proprias existentias. Accedit quod omnia concilia uniformiter clamant unionem naturae humanae cum Verbo factam fuisse solum in persona ut patet in concilio 1º Calcedonensi et aliis, sua Eiranius disputatione 6ª quod sine dubio non ita proprie verificatur si humanitas existat per existentias Verbi, cum non debeat dici existentias esse idem cum subsistentia ut in metaphysica late ostendimus. Denique Patres passim docent animam Christi Domini creatam fuisse a Deo eo modo quo atque aliorum hominum ut docet Augustinus epistola 19 ad Evodium, Leo, Hieronymus, Ruphinus et alii vide Suarez disputatione 8 sectione 1ª, quae doctrina non bene salvatur nisi dicatur habere suas proprias existentias creatam.

Accedunt etiam aliae veritates huius mysterii quae sine ista doctrina vix aut nimis difficulter intelligi possunt, quod scilicet humanitas Christi Domini efficienter producta fuerit a tota Trinitate, genita ex Beata Virgine, et efficienter servetur a Deo, quomodo id intelligibile est nisi detur existentia quae producatur a tota Trinitate et generetur a Beata Virgine. Addatur humanitas

Xpi Dni conservari potest separata a Verbo ut docet D. Thom. in 3° distinct. 5ª q. 1ª art. 3° ad 3um, et distinct. 6 q. 1ª questiuncula 3ª art. 2° ad 5um, et plures Thomistae nulla facta mensione existentiae creatae quae de novo addatur; signum ergo est praeter existentiam Verbi habere proprias existentias creatas. Denique cum Xpus Dnus quatenus homo fuerit vere mortuus est de fide et ex supra dictis disp. 3ª § 4, non apparet quomodo id verum sit nisi dicatur corruptas fuisse in illo aliquam existentias creatas unionis inter animas et corpus; cum n. mors sit transitus de esse ad non esse, nequit dari sine destructione alicujus existentiae; ergo in Xpo praeter existentias increatas concedenda est aliqua existentia creata quae destrui potuerit.

Magis quod adhuc haec urgent adversarios quia plures ex Thomistis inter quos est Vincentius relect. de gratia Xpi q. 1ª pag. 913 cum aliis fatent non repugnare humanitatem cum propria existentia creata assumi a Verbo: qua doctrina admissa et omnia eorum argumenta majori ex parte corruunt, et nostrae concl. vis auget; si n. id posse est, eo dato magis congrue salvatur doctrina conciliorum, PP. et Theologorum, sane immerito id ita contigisse negatur. Omitto alias probationes leviores hujus concl. quae in Doctoribus passim occurrent, et supponunt existentiam non distingui realiter ab essentia, in re n. tanti momenti non libet probationes ita pendentem ponere a principiis phylosophiae licet probabilissimis non tamen certis.

Ad fundamenta oppositae sententiae Rndetur ad 1um, scilicet ad PP. qui volunt humanitatem Xpi Dni non existere in se hoc est per se et supposito creato sed in Verbo per quod reddit per se existens positive. Ita Rndent communiter Doctores nostrae sententiae, Vasquez disp. 71 citata cap. 3°, Rndet ex greco in testimonio Sophronii sensus

ee. humanitas habere unas in Verbo et cum Verbo subsistentias: alij PP. scilicet volunt non prius tempore neque prioritate ut intendebat Paulus Samosatenus stetisse humanitatem quam assumeretur à Verbo.

Ad 2um Dr ex dictis sup.a disp. 5 q. 2 a. 2 et disp. 8 q. 3 constat B. Virginem ex eo proprie dici matrem Dei quia non prius tempore extitit humanitas quas assumpta fuit à Verbo, et cum tres graphonis non sit humanitas sed hic homo, humanitasque non facta sit in se sed in Verbo, ideo Dr Verbum seu Deus generari à B. Virgine. quae solutio colligitur ex D. Thoma 3a p. q. 35 art. 4o, unde existentia et assumptio talis humanitatis habent inter se mutuas dependentias et prioritates à quo cum neque possit intelligi assumpta nisi supponatur existens; neque existens compleri et per se nisi ut assumpta, si autem prius tempore stetisset humanitas quas assumeret, non esset B.a Virgo mater Dei. vide dicta loco citato.

Ad 3um Dr: ex dictis q. praecedenti constat Christus Dominus absolute habere unus esse atque adeo unus existere, et hoc de increatus quia hae locutiones appelant sup.a suppositum et esse completus: cum addito tamen dici potest habere duplex esse et duplex existere secundum diversas naturas, alterum creatum et alterum increatum; ex quo non sequitur humanitatem existere in se ipsa cum vere substantialiter à Verbo, neque unionem de accidentalem quia Verbum non advenit ut omnino complens integre substantialiter cum careat propria subsistentia. Ad 4um Dr ex duobus entibus in actu idest omnino completis non fit unum per se, bene tamen si alterum non supponatur suo completus, et sic se habet humanitas, ut nuper dicebamus. alia tamen propria quae in oppositum supponunt scilicet existentias in creaturis dis=

tingui realiter à creaturis, posse separari ab illa, n. distin-
gui à subsistentia, falsa ee ostendimus in metaphª; sed
neq. ab illis pendet probatio hujq. Sed ut in superioribq. vidimq.
Ultimo inquiri potest quenam sit mens S. Thæ in hac qᵗᵉ.
Rᵛ inprimis, Paludanus egregius Thomista in 3º distinᵗ 6ª
qᵉ 3ª Suar. dispᵉ 36 sectᵉ 2ª, Vasqq. citatq. cap. 3º nº 26, Al-
bertinq. et alij existimant n. asseruisse S. Thas humanitᵉᵐ
Xpi Dni existere pp. existentiam Verbi; cum expresse q. de unio-
ne Verbi incarnati art. 4º sedat humanitᵉᵐ Xpi Dni exis-
tentiam distinctam ab existentia Verbi, sic. n. ait, sicut Xpus
é unus simpliciter propter unitatem suppositi, et duo
sᵐ quid propter duas nras, ita hᵗ unus ee simpliciter
propter unum ee æternum æterni suppositi, est autᵉ et
aliud ee hujus suppositi n. in quantum é æternus s.
in quantum é temporaliter homo factus; neq. hæc ver-
ba unquam retractavit quidquid velit Cajet. hic q. 17
art. 2º § ad 3ᵃ autᵉ. Sᵗ q. docet D. Thas ex per-
sona Verbi et humanitᵉ constitui unum ppo rius substale
et per se subsistens; atq. adeo humanitᵉᵐ n. afferre Xpo
Dno novum ee substale completum, n. tñ negat partiales
existentias extremorum hujus compositi. Addit Alber-
tinq. D. Thas cum asserit in Xpo Dno ee tñ unum ee
voluisse sᵗ ee duo sᵐ existentias, ee unum tñ ens
per se propter unitatem suppositi.

Disputatº 2ª.

De conditionibq. humanitᵗˢ quas assumpsit Verbum divinum, ubi de defectibq. aiæ et corporis.

Ha

Materia huius disputationis examinatur a D. Thoma q. 14 et 15 ubi docet quos defectus animae et corporis de facto Verbum assumpserit, quos non assumpserit neque assumere potuerit.

Cap. 1.
De defectibus corporis a Xpo Domino assumptis.

Certum est ex fide Xpum Dominum assumpsisse verum corpus passibile et non solum apparenter sed vere subiectum fuisse defectibus seu penalitatibus corporis nempe doloribus, cruciatibus, morti &c. pro quo vide plura scripturae et Patrum testimonia apud Suar. hic disp. 32 sect. 2a, sed hi defectus alii sunt macti 1o seu habitualiter ut passibilitas et mortalitas quae in eo consistunt quod habuerit corpus ita dispositum ut naturaliter potuerit pati et mori, atque adeo pro eo statu habuerit negationem illius doni quod conceditur corporibus gloriosis et appellatur impassibilitas. Ad hos defectus habituales reduci potest indigentia allimenti et aliarum rerum quae sunt necessariae ad naturalem conservationem vitae mortalis. Deinde habuit etiam gravitatem naturalem corpori terrestri (licet in utero Virginis miraculose non gravitaverit, negatio prolis erat onerosa, vide Salmeron t. 3o de Infantia Salvatoris tract. 33, et Suar. t. 2o in 3am partem disp. 3a) etiam tunc non habuerit donum agilitatis quod est proprium corporis gloriosi; quod autem Matthei 14 ambulaverit super aquas maris, miraculose factum est, vel sublevando miraculose pondus corporis efficientia, vel sistendo aquas ne difluerent et deinde verum solidatem praeberent, sic etiam quando ambulavit

Super aquas. ibidem.

Dico quod attinet ad defectus non habituales sed transeuntes contraxisse varios ejusmodi habuisse. Inprimis, esurivit Matthei 4°, post jejunium 40 dierum, sitivit Ioan. 19 cum dixit Sitio; habuit fatigationem corporis Ioan. 4°. fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Deinde certum est potuisse molestias ex calore, frigore et alijs injurijs temporis cum habuerit corpus passibile nec ullo fuerit miraculo ad vitandas easque incommoditates, sic etiam causa libera infligente passus est dolores, cruciatus etc. per singula membra et per omnes sensus de quo multa Suarez to 2° in 3am partem a disp. 34 usque ad 37. Igitur Xpus Dominus in gratia loquendo assumpsit eos defectus habituales et transeuntes non humanae generis communiter comitantur naturam humanam passibilem et mortalem et non important defectus gratiae aut sciae aut aliquas indecentias quas Damascenus lib. 1° fidei cap. 14 et alij appellant naturales innocuas seu indetractabiles passiones, ideoque congruus illis fuit ad nostrum finem redemptionis generis humani. Cum vero Hilarius Lib. 10 de Trinit. fere ad medium ait Xpus Dominus non habuisse naturam ad dolendum et virtutem corporis sine sensu penae vimque in se desevientis excepisse, intelligi debet ex explicatione Magistri in 3° distinctione 15 ita ut solum velit non habuisse eam et meritum doloris et penae sicut habent alij homines nempe peccatum: Vasquez disp. 10 cap. 1° late examinat mentem Hilarij, Claudius Mammertus episcopus Viennensis gallicanus lib. 2° de statu animae cap. 10, habetur To. 5° Bibliothecae, fatetur Hilarius in eo errasse quod senserit Xpus Dominus non senserit dolores, sentiuntque Maldonatus, Bellar. Salmeron

et alij apud Vasq. citatus qui tn refert D. Thomas et plures asserentes Hilarius eius errorem retractasse; Guillermus Parisiensis ait se vidisse et legisse librum retractationis.
3o pbr praedicta sa authoritate PPus. Leo papa serm. 1o de nativitate post medium ait: Assumpta est de matre Dni natura, n culpa, creatae forma servi sine conditione servili, itemque creatis à concilio Francofordiensi homil. 36 alias 39: Dns noster est in forma servi n servus, sd in forma etiam servi Dominus fuit. Cyrillus Alexan: in expositione symboli Niceni circa medium ait de Xpo Dno: Accepit autem formam servi, ut liberi, n servus existeret. Damascenus lib. 3o de fide cap. 21 ait de Xpo Dno: Enim illud quoque sciendum est, cum nec servum quidem dicere nobis licere. Et infra: Sane servi conditionis esset caro nisi Deo Verbo copulata esset, at cum semel ei personaliter unita est, quonam pacto in servilem classem redigetur. quid clarius? et addit: Ex quo perspicue constat eum in appellatione duntaxat ac nomine servum dici, cum hoc minime sit. multaque ibi ad eam rem habere congerit Clictoveus in commentario. vide alia plura PPum testimonia apud Vasquez. Nec nostra PPes praedictos plane loqui de servitute nali annexa creaturae cum eam servitutem negent.

4o pbr rone: etenim ille dr servus qui ita est sub dominio alterius ut cum illo n habeat communicaonem bonorum, et honoris, sd humanitas Xpi Dni habet perfectissimam communicationem bonorum et honoris cum Deo, (quae) posita unione hypostatica n retinet conditionem servilem, atque adeo Xpus Dns ut homo n e servus, major constat ex secta 1a. minor pbr quia humanitas Xpi Dni e sanctificata formaliter eadem sanctitate increata divinitatis qua ipse Deus ideoque dr a PPibus delibuta oleo divinitatis, neque dispo

q. 2ª, adorat et cadem adorat Patrie qua ipse Deus, infra disp. 20: est et veluti sponsa Verbi, sicut autem in conjugio corporali si aliquis ducat uxorem quas ancillas, servas et ancillas habuit, eo ipso manet jure conjugii libera et ingenua facta, eodemque titulo gaudet Reginæ, Imperatricis etc. ut disp. 13 q. 1ª, q. et statuit in autentica de consulibus § si autem uxor collatione 4ª, et in lege mulieres codice de dignitatibus lib. 12, et quidem ex jure regni Hispaniæ lege 1ª titulo 13 partita 4ª, ancilla ducta à Domino in uxorem eo ipso libera manet à servitute. Vide autem id etiam ex jure communi provenire affirmant aliqui quod neget Sanchez lib. 7º de impedimentis disp. 20 à nº 20: ita humanitas Verbo unita servilem conditionem amittit, et ingenua reddit ut pote quæ in eandem sedem et gloriam adscissit, ejusque nominis et personæ fit particeps.

Confirmatur: Christus Dominus etiam in quantum homo ex sup. dictis disp. 16 q. 1ª et 3 habet dominium omnium creaturarum quod non ita perfectum ac Deus, ergo retinet conditionem servilem quæ cum tanta dignitate et evectione ad filiationem naturalem Dei non videtur compatibilis, et ideo ait Adrianus sup. citato, Dominus Angelorum omniumque creaturæ cujus sub pedibus universa subjecta sunt vos dicitis servum? Concludit ergo Christus Dominus ratione humanitatis nulla ratione vere et proprie potest dici servus Patris aut servus Dei immo si id non ita esset, sine addito posset dici servus sicut absolute dicitur Verbum homo.

Sectio 4.

Resolutio quæstionis cum notationibus.

Utraque sententia ut vidimus gravissima fundamenta habet et sine dubio aliquid vincit. Sententia Gabrielis Vazquez probabilis satis est et acuta: unde miror aliquos Recentiores

forte non ita intelligentes ejus mentem, cum ita explodere: nec de nostris Cabrera hic q. 20 art. 2° disp. unica §5 cum in genere illas omnes improbabiles, temerarias et periculosas in fide existimaret, forte longe aliud intellexit quam intendit Vasq. Et illud notatu dignum est ita firmiter Suarez et Vasq. sententijs adhaerere, ut quilibet suas pene Eccl. definitione existimet, in doctrinas SS. PP. conciliorum et SS. PP. quasi ferme expressas.

Quid in re tanti momenti dicam quid sentio. In primis existimo tandem utrasque sententias de re ipsa convenire, quia utraque admittit ex parte humanitatis Christi propter obedientialem, summam subjectionem et inferioritatem respectu Dei: posseque Deum de illa et ejus actionibus ad libitum disponere; pendere a divino concursu in fieri et in conservari; item propter unionem hypostaticam adorari eadem adoratione Latriae ac Verbum, non admittere filiationem adoptivam de quo disp. sequenti; evecta esse ad summum gradum gratiae et gloriae super omnes creaturas, habere dominium excellentiae super illas; sanctificari sanctitate increata Dei; omnino expertem esse servitutis penalis quae aut a peccato aut a dominio alterius creaturae superioris proveniat, non habere tantas scientias, propter ac dominium ac ipsum Deum. l. naturam divinam.

Dissentio quod tandem devenit ad definitionem et vocem servi et servitutis naturalis: Suar. n. et alij Doctores, quia existimant ad servitutem naturalem sufficere quod humanitas Christi Domini non habeat tam excellentem gradum bonitatis, scilicet aut bonitatis ac Deus, ipseque et illi subjecta sit omni modo debito. Vasq. vero e contra contendit non sufficere id sed ulterius requiri quod non detur communicatio ad eadem bona sub non eodem modo, unde quia ea humanitas in Christo Domino adoratur eadem adoratione et formaliter redditur sancta per eamdem sanctitatem subsistit per eamdem personam ac natura divina, non habet requisita

ad

ad conditionem servitutis naturalis sicut habent alii humanitatis, et ita ratione illius Christus Dominus dici posset proprie subditus, inferior et minor Deo seu Patre, non tamen servus, nec Deus aut Pater respectu illius posset dici proprie Dominus ut est correlativus servi: ad quod ista cap. 8° probare nititur rationem solam creaturae non esse fundamentum relationis servitutis, sed insuper requiri rationem communicationis in bonis.

Suarez cum eas voces servi Christo Domino secundum humanitatem applicatas videat in Scriptura et Patribus proprie se loqui existimat: Vasquez vero cum videat ab Adriano et Damasceno ad tropicum sensum reduci ubi reperit, absolute quod eas rejicere, stat potius authoritati horum et scilicet quas unius et alterius Patris locutioni. Concludo quod ut et erroris occasio tollatur et veritati via reseretur, si nomine servi intelligatur subditus et inferior, verum Christus Dominus debere dici servus Patris ratione humanitatis. Si tamen vox servus in sua rigorosa acceptione sumatur prout ab humanis ad divina transfertur, non debere nec posse dici proprie servus propter fundamenta sectionis praecedentis. videmus enim in humanis eo ipso quod aliquis ad aequalem honores sublevetur conditione mersa et sorte gaudeat cum domino conditionem servilem amittere, et servi nomen ac domini aboleri. vide multa de his apud Alexandrum ab Alexandro lib. 5° dierum genialium cap. 4°, ubi Siracusii eo enim ipso quod servi pileos acciperent, cognomentum aut praenomen (sine illis enim antea erant) admitterent quod ad civium numerum jam non servi sed liberi et libertini vocabant. sic enim et Christus Dominus postquam ad rationem humanam provectus etsi in spiritualibus discipulos admiserat, ait Ioan. 15; jam non dicam vos servos sed amicos. sic etiam Pater aeternus ubi primum humanitatem Verbo unitam vidit ait in

Psalmo 2°: Filius meus es tu, ego hodie genuite. que verba de generat. temporali multi PP. es intelligunt, de quo alibi.

Ad argum. pro 1ª pª constat ex dictis cum ea testimonia n̄ agere de servili conditione in rigore sumpta; peculiare autem genus subjectionis q̄ hēt humanitas Xpi Dni ad Deum n̄ sufficit ad servitutem proprie sumptam, q. deest negatio vocationis ad eadem bona: adoratio autem latriæ qua humanitas divinitas adorabat, n̄ ē proprie actio servitutis sed subjectionis, ut notat Vasq. cap. 11 n° 65. Argum. etiam 2ª pª si bene attendant, n̄ aliud vincunt quam id quod nos admisimus ut supª etiam notabamus. Propter hæc aliqui vident ex qte conciliare has sñas, modo q̄ a nobis posito videt res ipsa apte declarari.

Ultimo noto q̄ hæc adoptio inter hoēs destruat condit. servitutis q. unus homo ita adoptat ab alio ut adoptatus sit loco filij legitimi et natis, hereditatem q̄ illius tam in bonis quam in honore, nomine et sede, eodem mo ac filius natis accipiat: hoēs vº ita adoptant a Deo in filios ut n̄ ad oīa bona Dei adoptantis sed ad aliquas ipsius particip. accidentales admittant, et ita neque colunt eodem honore neque participant eamdem sanctit. es sed solum accidentalem, et consequenter in illis adhuc manet servitus natis et proprie dicunt servi. Neque aliud intendit Paulus ad Rom. 8° cum ait: Quicumque spu Dei aguntur, hi sunt filij Dei: n̄. n. accepistis spum servitutis iterum in timore, sed accepistis spum adoptionis filiorum; hoc est, n̄ accepistis spum serviendi Deo timore pœnæ atque adeo servili, sed timore reverentiali et amore obedientiæ qualis solet ēē inter filios et Patrem:

C.° 3.

De

De Xpi Dni Sacerdotio, oratione, intercessione et officio mediatoris.

Multa de his interpretes cum D. Thoma hic q. 21, 22, et 26, pulchreque de his et alijs muneribus Xpi Dni q. genus humanum disserit Valentia, quae omnia brevissime perstringam quia non ita difficilia sunt. Primo Xpus Dominus perfectissime fuit Sacerdos quia publica authoritate constitutus est ab aeterno Patre ut pro hominibus oret, pro illisque offerat sacrificium quod cruentum quidem obtulit in cruce, incruentum autem in institutione Eucharistiae et modo per ministros in missa. Fuit autem et templum ex S. Hieronymo super illud Matthaei 1° audire populi deus. S. Epiphanius heresi 55 illum etiam appellat altare quia omnia illi conveniunt sub diversis rationibus: est enim sacerdos propter dicta, est ejus humanitas templum in quo habitat divinitatis plenitudo, ejus anima est altare in quo facta est voluntaria oblatio sui ad mortem; est etiam simul hostia et sacrificium quod se ipsum obtulit. Dicitur autem Sacerdos in aeternum quia nec habebit successorem, nec fructus ab eo proveniens scilicet beatitudo habebit finem: dicitur vero Sacerdos secundum ordinem Melchysedech non secundum ordinem Aaron, quia in multis assimilatur Melchysedech, non vero Aaroni; vide de his multa apud Pererium tomo 3° in Genesis in cap. 14 super illud, Melchysedech Rex Salem etc., et Suar. hic disp. 46. Bellar. tomo 2° lib. 1° de missa cap. 6°.

De oratione et intercessione Xpi Dni illud speciale in dubio est, an nunc in caelis existens oret pro nobis. Negat Vasquez disp. 32 cum alijs qui addit ideo dici nunc pro nobis intercedere et interpellare quia se suaque merita proponit ante oculos aeterni Patris apud quem vivunt et semper vivent merita et orationes quae in hac vita nobis obtinuit bona supernaturalia, cum enim rem jam

tota: contulerit in hac vita, non est quid de novo impetret orando; è contrario D. Thomas in 4. distinct. 15 art. 6 quæstiuncula 2. ad 1. Suar. Valen. citati q. 21 Toletus in cap. 16 Ioan. annotat. 55 docent Christum Dominum proprie et ut homo orare pro nobis in cælis; ita n. loquitur Scriptura 1 Ioan. 2 et alibi et plures PP. apud auctores citati, magis quod hoc modo commendat pietas Christi Domini quod nos et exactio mediatoris: non quod Christus Dominus aliquid de novo mereatur in cælo, sed ut applicet nobis quæ jam nobis meruit et sit danda nobis mediis suis orationibus, cum quod id non dicat aliquid impossibile, colligatur quod ex modo loquendi Scripturæ ita tenendum erit. Non tamen petimus à Christo Domino ut oret pro nobis, ne videamur illum facere inferiorem Patre, cum non fateri Deum esse; ita monet D. Thomas citatus.

De officio mediatoris vide supra disp. 3 q. 12 sect. 1 n. 1. quo pacto humanitas concurrerit ut prium frate quo, divinitas vero ut significans, vide etiam q. 8 sect. 3 ad finem: hinc Paulus 1 ad Timotheum 2 ait; Unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus etc. Dicitur vero mediator quatenus reconciliavit nos Deo, assumpserit quod humanitatem quæ cum constet ex corpore et spiritu medium quid inter utrumque est. Quo autem pacto loquendum sit an Christus Dominus esse mediatorem quatenus est Deus aut quatenus est homo; imprimis recte monet Suarez hic q. 20 art. 2 fine, hoc concedendum esse. Christus Dominus quatenus Deus homo est mediator: et quidem ex supra dictis disp. 3 satis constat secundum diversas rationes ad id concurrisse divinitatem et humanitatem; cum vero PP. ad humanitatem recurrunt, solum intendunt eas fuisse prius frate quo humilitatis, passionis, obedientiæ, mortis etc. quæ ea repugnant secundum divinitatem.

Quid sibi vult Isidorus quæstionibus in Exodum cap. 42 et alibi non semel cum ait: Illa sibi n. sibi integra nota est Trinitas et humanitatis susceptæ quæ est in trinitate persona.

Scholiastes ibi explicat humanitatis susceptæ idest ~~unae extrinsecus~~ unitatis humanitati subsistenti in persona divina quæ 3a è idest una ex tribus Trinitatis. Et sane hoc modo Pater aut Spus Sanctus potest appellari 3a persona quod nunquam facit Isidorus. Sensus ergo è 3am ibi sumi pro intermedia sic n. quod è inter duo extrema dr 3us hispanè etiam dicimus (terciar y ser tercero se inter duos interponere) alicuius rei componendæ gratia. Igitur Xpus Dns et ratione seu origine 3a persona è ut loquuntur quandoque etiam Patres græci) idest media inter Patrem et Spum Sanctum, et officio ratione humanitatis susceptæ 3a persona è in Trinitate idest mediatrix inter Deum et hoies. quæ tamen locutiones vitandæ erunt ne erroris occasio subrepat.

2a Octobris anno 1613.

Disputatio 29.

De comparatione Patris Æterni ad Xpum Dnus quoad illius adoptionem et predestinationem.

Quæ hic disputant DD. cum D. Tha q. 23 de adoptione in coi et adoptione Xpi Dni, et q. 24 de illius predestinatione, hic à nobis differentur omittendo quæ coia sunt alijs materijs, alibique comodius tractant.

C. 1.

Q. 1. Xpus Dns inquantum homo possit dici filius adoptivus Dei?

Sect. 1.

Supponuntur aliqua.

1°: cum adoptionis nomen ab humanis ad divina transla-
tum sit, et rei signatae notio connexionem habet. Ipsa adop-
tio humana est gratuita assumptio seu acceptatio personae
extraneae ad haereditatem, unde persona quae adoptatur de-
bet ex se carere eo gradu coniunctionis ad quem adoptatur,
quidquid sit an alium habeat, et ita nepos potest adoptari
in filium ut dicitur in lege 1a ff de adoptionibus, et id intelligit
nomine personae extraneae. Debet item assumptio ad haereditatem
gratis fieri, nam si daretur titulo oneroso non esset adoptio sed vendi-
tio aut alius ex his contractus; requirit etiam consensus eius qui adop-
tatur per se vel per parentem aut tutorem, si ex se non est capax
consensus ex lege 2a ff de adoptionibus. Addit etiam alia conditio
quod scilicet adoptans sit ex se aptus ad generandum et ideo debet
habere plenam pubertatem hoc est quatuordecim annos, seu
ut alii dicunt 18 quod sumitur ex § majorem instituta de
adoptionibus, et ex § sed et illud eodem titulo. 2° has omnes
conditiones perfectissime servat adoptio divina quae non nisi quoad
creaturas rationales proprie fit: unde proprie intelligenda sunt
loca Scripturae quae de hac re loquuntur Ioan. 1° Dedit eis potestatem
filios Dei fieri, ad Rom. 8° Accepistis spiritum adoptionis filiorum,
ad Ephes. 1°, praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum
Christum. 3° ex D. Thoma optime colligit Suar. hic in momento
primi articuli aliquas differentias inter adoptionem humanam
et divinam: 1a est quod illa fit per solam extrinsecam acceptationem
nullam quae fundat relationem realem sed rationis, nec fit rationem
physicae et realis generationis: haec vero fit per infusionem boni super-
naturalis interni nempe gratiae et charitatis consequenter aliquid phy-
sicum intrinsece ponit in adoptato ratione cuius generatio aliqua
physica et vero realis resultet. 2a differentia est quod in huma-
nis adoptio inducitur ex defectu, vel indigentia naturalis filii non ita
in divinis sed ex infinita perfectione et bonitate. 3a addunt alii
si Deus ad intra generare non posset, nec posset habere filios adoptivos

q̃ adoptans ex supª dictis debet eē potens adgrandus filius
nalem: que doctrina q̃ probabilis sit, probabilius tn est
etiã si Ds n̄ hēret filium nalem adhuc potuisse adoptare q̃
in ea hꝫ potestatis ira poa n̄ eēt imperfectio ut in humanis,
nec ce liguarone obesset fini adoptionis, q̃ bene notat Suar.
citatq. Illud etiã singulare discrimen est q̃ in humanis adop=
tio ordinat ut filius succedat Patri in hereditatē, atq adeo
illo mortuo seu deserente illas; atvº adoptio divina n̄ ordi=
nat ad successionem, sed ad cohabitationem et participationem ejus=
dem hereditatis unde Augus tr. 2º in Ioanne ait: Est hec
spiritualis hereditas que n̄ fit angusta si multi eas possederint.
3º cum hec adoptio sit opus Dei ad extra, procul dubio coē ē
toti Trinitati et ita Filio etiã et Spui Sancto convenit adopta=
re. Desinit Angeli et hoēs pro eo statu quo hent gratias sancti=
ficantem sive sint presciti sive predestinati sunt et dicuntur
filii adoptivi Dei quia filius adoptivus ē qui cum na sua, et psona ex
tranea ab adoptante ita p affectus illi conjungit ut fiat parti=
ceps hereditatis seu bonorum adoptantis quod fit p gratias san=
ctificantem que confert jus ad glorias. Qui vº sunt in peccato mor=
tali pro eo statu n̄ sunt filii adoptivi Dei quia sunt illius inimici et
filii Diaboli dum peccato inclinati sunt quia illud 1 Ioan. 3: Qui
facit peccatum ex Diabolo est, Sancti justi ante adventum
Xpi Dni vº fuerint filii adoptivi Dei cum habuerint gratias et
jus ad gloriam, dicunt autem in Scra habuisse statum servitutis
et p adventum Xpi Dni nobis coicatas fuisse potestatem ut simus
filii adoptivi Dei, Ioan. 1º et ad Galatas 4º. quia illi et erant
sub jugo legis mosaice et post mortem n̄ poterant adire here=
ditatē Dei cum janua celi usq ad mortem Xpi Dni clausa esset.
4º preclare ait Augus tr. 4º lib. 1º de serm. Dni in monte cap.
46. Adoptamur in regnum Dei n̄ tanquam alieni sed tanquam

ab ipso fieri et creari, hoc est dici, ut unius beneficium sit quo nos fecit ad imaginem suam, alterum quo adoptavit ut cum illo tanquam filij vita aeterna pro sua participatione frueremur. Agit ratione creationis non possumus extranei esse a Deo in esse physico, quia tamen nobis non debetur beatitudo supernaturalis in ordine ad illam personae extraneae sumus: illa vero participatio bonorum Dei quae annexa est creationi non sufficit ut propterea dicamur adoptati a Deo in filios, tum quia talis creatio non est gratuita supposita creatione sed naturaliter debita, tum etiam quia ea bona quae nobis communicantur ex vi creationis non pertinent proprie ad haereditatem Dei cum nec perducant nos ad claram Dei visionem, nec sint proprie loquendo participatio divinae naturae disp. 1a q. 2a sect. 1a. Cum quo tamen stat quod docet S. Thomas 1a parte q. 45 art. 7o ex vi creationis non solum esse in nobis vestigium Trinitatis ut in creaturis irrationalibus, sed etiam imaginem. Sic etiam 1a parte q. 93 art. 3o ad 4um reddit omnes creaturas esse aliqualem similitudinem Dei ratione cujus etiam creaturae insensibiles vocari possunt nomine filij Dei per locutionem metaphoricam, qualis est illa Job 38: Quis est pluviae pater? quo genere filiationis etiam peccatores ratione creationis possunt dici filij Dei, ut notavit Irenaeus lib. 4o contra haereses cap. 79. Haec tamen metaphorica et imperfecta filiatio non est adoptiva sed naturalis ut patet.

Sectio 2a.

Status quaestionis, variae sententiae et illius resolutio.

Quod Christus Dominus secundum divinitatem sit filius naturalis Dei non ambigitur, latius id explicatur in materia de Trinitate. Difficultas itaque autem est an etiam secundum humanitatem idem habeat, vel potius sit filius adoptivus. Et inprimis celebris est in hac parte error Elipandi archiepiscopi Toletani cui etiam suffragabatur Felix Urgelitanus praesul qui sic unicas solas in Christo Domino personas agnoverit, cum Photino

ut patet ex sua confessione quam attulit Vasq. hic disp. 89 cap. 2°, illum fi filius adoptivum sm humanitatem asserebat existimans ea ratione esse omnes sanctos conformes Filio Dei; Ut cum adoptivo, inquit, adoptivi, cum advocato advocati, et cum Xpo Xpi et cum parvulo parvuli et cum servo servi, scilicet sint expresse quod declarat ipse hanc adoptionem esse Xpi sm humanitatem, ait enim: Deus per istud simul Dei et hominis filius adoptivus humanitate et non adoptivus divinitate mundum redemit.

Deinde non pauci Scholastici ex antiquioribus Xpo Domino tribuunt adoptionem ratione humanitatis; Durandus in 3° distinctione 4ª q. 2ª admittit hanc propositionem: Xpus inquantum homo est filius adoptivus Spiritus Sancti, eademque ratione secedere debet esse filius adoptivus totius Trinitatis quamvis incarnatio inter opera ad extra annumerata speciali titulo dicatur Spiritus Sancti; Gabriel et Almainus et Major quamvis negent Xpum Dominum esse filium adoptivum, asserunt in Xpo Domino humanitatem fuisse adoptatam, Scotus in 3 distinctione 10 q. 1ª et in reportatis eadem distinctione q. 1ª ait Xpum Dominum posse dici filium adoptivum ubi scandalum non esset, propterea vero id negare ne verba omnia cum hereticis haberemus. Consonat illi ejus discipulus Rosolis ibidem q. 1ª art. 2° atque Cartarensis ait Scotum sentire Xpum Dominum sm humanam naturam esse filium Dei adoptivum. quamvis Lithuaniani distinctione 10 q. 1ª art. 4° eum in sanam partem explicare conentur. Horum autem horum fundamenta referentur et solventur infra sectione 4.

Dicendum tamen est Xpum Dominum etiam sm humanitatem nulla ratione esse filium adoptivum Dei. ita omnes Interpretes cum S. Thoma hic q. 23 art. 4° et innumeri ex antiquioribus apud Vasquez disp. 89 cap. 6°. Probatur primo ex definitione Adriani et Concilii Francofordiensis et aliorum ubi expresse haec veritas probatur et explicatur 2ª Liprandus, et Cum ex suo dictis ipse 16.7

poneret adoptionem in Christo Domino nostro secundum humanitatem est definitio; et sape et scilicet directe opponatur ejus errori, plane definit Christum Dominum neque secundum humanitatem esse filium adoptivum; quod si attendisset Durandus et alij antiquiores non ita male in ea materia loquerent, videntur sane non habuisse notitias hujus definitionis Adriani et Francophordiensis Concilij eusdem; si non ita plena mentio olim haberet: Addit quod Vasquez tertio errorem hunc Elipandi et Felicis ut heresim damnatum fuisse ablecta. Sed veritas prefata definitur ab Adriano 1° in epistola ad episcopos Hispanie, in epistola Concilij Francophordiensis ad eosdem in libro sacro syllabo edito in ipso Concilio, opera presertim Paulini Episcopi Achilerensis, in epistola etiam Caroli Magni missa ad Elipandum ex eodem Concilio, ubi pro ea veritate plurima Scripturae et Patrum testimonia afferunt.

Tango precipua. Ioan. 2°: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, meum scilicet per naturam, vestrum per gratiam, quem locum pro eadem re afferunt etiam Athanasius lib. 1° de Incarnatione Christi ante medium, et Damascenus lib. 4° de fide cap. 86. Matthei 26 ait Petrus de Christo Domino ut homo est, Tu es Christus filius Dei vivi, ubi notis, filius non adoptivus non dicitur filius absolute sed cum addito: et cap. 17 ait Pater, hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, notatque Adrianus Ly Complacui ad totam Trinitatem referri, quae humanitatem Christi Domini operata est, nam si ita ad solum Patrem referret diceret Placui, non Complacui. Ad Rom. 8°: qui proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, id est proprio non adoptivo. Plura alia testimonia legi poterunt in eo Concilio, planeque probat Adrianus ea testimonia intelligenda esse de Christo Domino ut homo est cum loquantur de illo secundum eas naturas secundum quas est minor Angelis, passus, mortuus, ascendit ad celos &c. Dilucide Paulus ad Hebreos 1° comparans Christum Dominum ut hominem cum Angelis ait: Tanto melior Angelis effectus

quanto differentius pre illis nomen hereditavit. cui enim dixit ali-
quando Angelorum: filius meus es tu ego hodie genui te, et tho-
mus ius Deus &ca. merito quod clamat Aug.us Lib. 3 Secundinus
Manicheus cap. 5: lege itaque scripturas, nunquam invenie-
es de Xpo dictum quod adoptione sit filius Dei.

Accedant testimonia Patrum. et quidem preclara Aug.ni Gregorij
magni, Hilarij et aliorum refert Adrianus, satis sit nobis Isi-
dorus et Ildephonsus, qui non ita distarunt à tempore Elipandi.
Isidorus 6 lib. de doctrina et fide ecclesiasticorum dogmatum cap.
1.o ait: Dei Filius hominis factus est filius, nam secundum veritatem
hominis ex homine hominis filius et veritas unigeniti non adoptione
non ne appellatione, sed in utraque nativitate filij nomen nascen-
do habuit ut esset verus Deus et verus homo unus filius. Ilde-
phonsus in lib. adversus eos qui disputant de perpetua virginitate
Mariæ et de eius parturitione, habetur quarto 9.o Bibliothecæ,
ait de Xpo Domino: quod non illum ut cæteros adoptio filium Dei fe-
cit filium. Et infra: Assumpsit hominem in se sine persona hominis
ut totus esset Xpus proprius Dei filius non ex dono gratiæ renascendo
ut cæteri sed fatetur proprietate utriusque naturæ. Sed quid in vetera
codi[illegible] scilicet et [illegible] testimonia proferimus cum Beatus
et Heterius in lib. 3.a Elipandus apud Vasq. scindant: le-
gite omnes libros Doctorum usque ad istos manuales et inveniatis
quod nemo tale scripsit. scilicet Xpus sit esse filium adoptivum Dei.

Veniamus ad rationes quas summatim proponam ex ijs quæ late
proponunt in locis citatis scilicet Francophordiensis. Primo
sit, quod non potest esse filius adoptivus nisi persona extranea ut
[illegible] [illegible] [illegible], sed persona Xpi Domini ut pote divinam nullatenus
esse persona extranea respectu Patris seu Dei, quare Xpus Dominus non
potest dici filius adoptivus, ideoque subdit scilicet, Unitas
personæ quæ est in Dei Filio et filio Virginis, adoptionis tollit

injurias. Licet humanitas ut pote aliquid creatum sit extra=
=nea respectu Dei, tamen ipsi tamen se nequit venire denominatio filij
neque filij ut dicemus sect. sequenti, et ita quantumvis
reduplicetur super humanitatem non potest dici Xpus Dominus filius
adoptivus, quia ea denominatio cadit etiam super ipsam personam
Verbi.

Dico 9 Xpus Dominus non potest non esse vere et realiter participem divi=
nae naturae, imo substantiam et heres bonorum Dei ratione divinae naturae inclusae
in persona Verbi, non quod volunt esse filius adoptivus cum adoptio dicat con=
junctionem solum ex affectione benevolentiae. Quod Xpus Dominus quatenus natus
est de Virgine non est filius adoptivus sed filius naturalis Dei, ideo quatenus
homo natus est de Virgine, quia quatenus homo est filius naturalis Dei, et nulla
ratione adoptivus: unde qui illum ut hominem crederent filium adopti-
vum Nestorio favere videntur ponentes in illo duas personas.

Aliae rationes facile ex his colligentur et ex infra dicendis reparan-
tur declarabitur. Ultimo noto tandem Elipandum et ejusque
sectatores ipsi testimonijs et rationibus retractasse errorem ut notat
Vasquez citatus disputatione 80 cap. 12 et Mariana lib. 7 de rebus
Hispaniae cap. 8. Felix vero pertinaciter in errore mortuus
est ut notat Vasquez licet non ita constet an resipuerit.

Sectio 3

Expenduntur aliquae difficultates contra dicta.

4 Difficultas an saltem humanitas ipsa in Xpo Domino possit dici
adoptata cum et ipsa sit aliquid extranea respectu Dei sicut et aliae
creaturae. Respondeo negative ut optime probat Vasquez citatus
cap. 3 et Suarez disputatione 49 sect. 4 qui eam appellant ra=
tionem, traditam a D. Thoma art. 4 ad 1um. Probatur quia
adoptio est solum conjunctio per affectum et desiderium, cumque huma

nitas

nitas in Xpo Dno sit realiter unita et conjuncta Verbo non potest dici adoptata cum non sit particeps ipsius divinitatis mediante Verbo. unde non sufficit nam de extre extraneas sinus conjunctionis seu cognationis non est per sola affectus; et ideo in libro sacrosyllabo seqa citato dr. De S. Virgine inenarrabiliter sumpsit non adoptavit carnem. si caro non potest dici adoptata in Xpo Dno ergo neque anima neque tota humanitas, cum eadem ro sit, idque proveniat rone unionis hypostaticae. Immo bene addit Suar. citatus sect. 2a § 3. humanitatem ex se non esse capacem adoptionis neque in humanis neque in divinis, quia nunquam adoptatur humanitas sed homo, hoc est humanitas personata. Et si in humanis cum adoptatur homo possit dici humanitas coadoptata, tamen in Xpo Dno neque coadoptata dici potest cum id impediat rone personalitatis Verbi, sin utramque est nam Xpus Dnus filius nalis est Dei.

2a Difficultas, an Xpus Dnus inquantum homo possit dici filius nalis Spus Sancti aut adeo totius Trinitatis. Affirmant Suar. citatus sect. 2a § 6. as ronem et Vasq. disp. 89 cap. 14 a § 3 colligit et alij, qui tamen bene addunt abstinendum esse ab ea locutione ne videamur duas in Xpo Dno personas ponere, aut plures Pres qui ab æterno illum genuerint. Fundamentum hujus sententiae est quia Xpus Dnus inquantum homo constituitur filius nalis Dei rone unionis hypostaticae, sed tota Trinitas produxit hanc unionem per quam Xpus Dnus substantialiter sanctificatur; ergo Xpus Dnus inquantum homo est filius nalis totius Trinitatis et specialiter Spus Sancti cui appropriatur sanctificatio. Probabilior tamen est negativa sententia quae colligitur ex D. Tha hic q. 23 ubi absolute negat Xpum Dnum esse filium Trinitatis cum tamen ageret de filiatione illius ut homo est, neque unquam S. Dor Xpus Dnus vocavit filium Spus Sancti aut Trinitatis. Deinde favet Concilium Toletanum 11.

in confessione fidei ubi reddens rationem quare Christus Dominus inquantum homo non sit dicendus filius Spiritus Sancti ratione generationis temporalis, sicut dicitur filius Virginis, addit: Ne duos Patres filij videamur asserere quod nefas est dici, quod inconveniens etiam sequitur in opposita sententia: consonat Augustinus tomo 3° lib. 2° de Trinit. cap. 10 et 30 ubi negat talem locutionem. Verumque DD.res oppositae sententiae facile dicunt ea et similia testimonia intelligi debere de generatione aeterna Verbi, aut de temporali Christi Domini non de sanctificatione. Accedat ratio, etenim eius denominatio filij naturalis Christo Domino proveniat ratione Verbi, cum Verbum secundum se nec possit dici filius Spiritus Sancti nec Trinitatis aut sui ipsius, neque ut homo poterit ita appellari, quod reddit illud totum incapax talis denominationis, licet à tota Trinitate accipiat unionem, sanctificationem et gratiam caeteraque onerationes productiones aliquas ad extra, quod ex sequenti difficultate magis constabit.

3.a Difficultas; An si Spiritus Sanctus aut Pater incarnaret posset dici filius naturalis Dei propter sanctificationem provenientem ab unione. Affirmant Vasquez et Suar. citati. Probatur quia tunc illud totum Deus homo esset particeps divinae naturae realiter et heres Dei, ergo filius non adoptivus, ergo naturalis. Probabilius tamen est oppositum quod docent doctiores Recentiores, beneque probat Cabrera quaestione 23 art. 4° disputatione 1a n° 17. Ratio est quia gratia unionis non facit filium naturalem Dei eum qui aliàs ex vi generationis aeternae non est filius naturalis Dei, sed ergo Spiritus Sanctus incarnatus v.g. esset aequaliter sanctus ac Christus Dominus ex vi unionis hypostaticae haberet quod tantum ius ad glorias ac ipse, esset quod heres divinae hereditatis quod ius intrinsecum et innate, adhuc non esset filius Dei, quia esse heredem etiam in humanis bene stat sine filiatione, si aliàs persona non est capax talis denominationis. Dices; supra disputatione 6 quaestione 3 ad 6.um cum S. Thoma quaestione 3 art. 5° ad 1.um et ad 4.um expressissime quod si

Pater

Pater et Spus Sanctus incarnarent, potuisse fieri nativitatem temporalem, posset quidem uterque filius hominis dici, hic est matrem et Patrem creatum, extra se nulla caro est, sed non est capax talis denominationis, et sic Pater aut Spus Sanctus ut Deus non esset filius Dei, ut homo posset esse. R.o ad 3. Cotta citato, cuius eq denominationes sumantur in ordine ad naturam extraneas quae capax est talius denominationis dummodo sit in aliquo supposito non repugnant: at vero denominatio filij Dei naturalis deberet fundari in ipsa persona Patris aut Spus Sancti, ac proinde si eas alias non habet, non potest de novo illas accipere ex eo conjunctione cum natura creata. Addit Vasq. cap. 14 § 3.o colligitur si Spus Sanctus incarnaret non diceretur ille homo quatenus homo Spus Sanctus neque Pater diceret quatenus homo pater Verbi aeterni propter talem reduplicationes.

Ima difficultas, quo gradu certitudinis tenendum sit Xpum Dominus non esse filium adoptivum Dei. R.o Suar. oppositum existimat improbabile et forte nunc temerarium, Vasq. satis indicat id definitum ab Adriano et Concilio. Cabrera id adeo certum existimat his temporibus ut oppositum judicet plusquam temerarium et fere erroneum et haereticum. E contra Medina q. 24 art. 1o dub. 3o et ult. ait non esse improbabile dicere Xpum Dominus ut hominem esse filium Dei adoptivum dummodo affirmet unicum tantum esse suppositum et esse filium naturalem ratione suppositi. Pitigianus supra citatus ait hanc propositionem Xpus inquantus homo est filius Dei adoptivus, sapere haeresim Nestorij et Elipandi, posse tamen habere catholicum sensum, quia inquit, non est contra fidem asserere Xpum Dominum inquantum hominem esse filium Dei adoptivum si simul dicat ratione suppositi esse naturalem; addidit ab Adriano et Concilio solum definitum esse saltem

exprelle Xpus Dnus n ee filius adoptivus in sensu quo asserebat
a Nestorio eumdem q fuisse errorem Elipandi et Nestorij.
R. ex supra dictis constat Elipandum n posuisse duas
personas neq in eo sensu SS. locutos fuisse PP. Concilij, s
ex sa Elipandi tanquam absurdum deducerent errorem
Nestorij multo antea ab Eclia damnatum, neq illum aude=
rent iterum adducere Elipandus, de quo multa Vasq citans.
Concludo q rem hanc certissimam esse ut minimum oppositum fore
plus quam temerarium; beneq probat Suar. disp. 49 citata sec:
tione 3a ee q hanc props Xpus e filius Dei adoptivus dupli:
cem hre sensus hereticus, et nullus hre proprius in quo
verificari possit.

Sect. 4.

Argumenta contraria et solutiones.

Primus

arguitur sumit. ex aliquibus PP. testimonijs, et enim
Ireneus lib. 3 advers. hereses cap. 21 ait: Qui filius
Dei est, filius hois factus est ut adoptionem percipiens fiat
filius Dei. Hilarius lib. 2o de Trinit. post medium loquens
de Verbo incarnato ait: Potestatis dignitas n amittitur dum
carnis humilitas adoptat. Marius Victorin lib. 1 c. Arrius
colum. 6a t. 4o Bibliothecae ait: Nos adoptione filij, ille na
tus et quadam adoptione filius et Xpus sd carnem. R. et
D. ass. cap. 15 hos PP. impropie locutos fuisse cum ipsam
substantialem unionem humanitatis adoptionem appellant; alia
explicatio tribuit Ireneo a Suario et alijs ut scit sen:
sus sit filius Dei fuisse incarnatus ut quicumque fuerit adop:
tatus a Deo fiat filius Dei, itaut ea adoptio n intelligatur de

Xpo

Xpo D.no sic Elipando Hereticus Fr. Galicianus ex Felici et Gabrieli Vasq. displicet ex eo q. n. cohereat D. Thom. de Hilario quidem. D. Thom. hic art. 4. ad 1.us R.et improprie locutus fuisse; bene tn notat Vasq. erratis mendorum ac cast. lect. legendum q. ee; Deus carnis humilitas adorat, q. valde consonat D. Thom. alia testimonia afferebant ab Elipando ex Ildephonso et Juliano Archiepis Toletanis quq nusquam reperiunt, et ita pro suspectis habent.

2.m arguitur: Xpus D.nus ut homo het gratiam sanctificantem habitualem ex dictis sup. disp. 9.a q. id hec facit filium adoptivum Dei cum coicet participates accidentalem Dei, q. Xpus D.nus inquantus homo e filius adoptivus Dei, aut saltem l. rone unionis hypostatice sit filius natus, rone gratie habitualis erit filius adoptivus cum hec gratia n. possit coicare alias filiationem.

Respondimus loco citato q. c. 1.a sect. 2.a ad 2.us filiationem adoptivam ee effectus fratem secundarius gratie habitualis, et ita n. mirum si posita in subo incapaci talis denominationis illas n. coicet, cum q. filiatio adoptiva dicat negat.es conjunctionis substantialis cum Deo, Xpus D.nus illas here n. potest; unde rone gratie habitualis neq. adoptivus neq. natus filius Dei redditur, l. denominet sanctus et gratus here q. ius ad gloriam. Quamvis q. in eodem subo simul dent sanctitas substantialis et accidentalis rone diversarum formarum n. tn utraq. filiatio q. una alteras sio expellit at eodem subo et rone diverse filius appellat n. potissimus sup.a oppositus et gratia principalior quidem q.a radix e alterius.

3.us arguitur: Xpus D.nus inquantus homo n. potest ee filius natus Dei cum ex vi sue productionis n. evadat illi silis in na, q. n. potest ee filius natus illius, eo a. pbr q.a filius natus e ille qui ex vi sue productionis evadit silis in na pro producenti, cum q. Xpus D.nus inquantum homo n. habeat nam divinam sed humanam que ita dissimilis e divine, n. potest ee filius natus Dei inquantum homo. R.r

ad filiationem naturalem requirit communicatio propria et realis ipsius [illegible] quo Christo Domino ut homini communicatur realiter natura divina media unione hypostatica, et Verbum quod terminat humanitatem habet in se inclusas naturas divinas ratione generationis æternæ, ideo Christus Dominus etiam ut homo est filius naturalis Dei. Concludo quod Christus Dominus est unicum filium Dei naturalem utraque generatione æterna scilicet et temporali; sicut autem B. Virgo producendo unionem physicam inter corpus et animam illius mater redditur, ita Pater æternus producendo unionem hypostaticam inter Verbum et humanitatem Pater naturalis constituitur in tempore Christi Domini ut hominis; et autem ea productio à tota Trinitate promanaverit ex supra dictis, sola tamen persona Patris dicitur generare Christum Dominum et esse Patrem illius etiam ut hominis quia nulla alia divinarum personarum est capax talis denominationis ex dictis sectione præcedenti difficultate 2.a et 3.

Caput 2.um

De prædestinatione Christi Domini.

Quæ omnia sunt Christo Domino cum aliis prædestinatis ad materias de prædestinatione refferenda sunt. quare autem dicatur causa finalis, exemplaris et meritoria nostræ prædestinationis; Respondet D. Thomas hic art. 3.o eatenus esse causam exemplarem quatenus reliqui prædestinati habent filiationem adoptivam quæ est quædam similitudo participata filiationis naturalis ad Rom. 8.o; Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui: 2.o quatenus sicut ex parte Christi Domini nulla datur causa suæ prædestinationis, ita neque in reliquis prædestinatis. Addit tamen non esse causam exemplarem in eo sensu quod actus divinus illum prædestinans sit exemplar actus prædestinantis reliquos, unico enim modo ait, et eodem actu æterno prædestinavit Deus Christum Dominum et nos; eodem quoque modo art. 4.o dicit esse causam finalem nostræ prædestinationis non activæ sed passivæ quatenus omnia ad illum ordinantur, ad Ephes. 1.o; Prædestinavit nos

in adoptionem filiorum per Iesum Xpum, de quo etiam vide supra disp. 12 q. 8 sect. 1 et 2 ad 1, ubi etiam quo pacto ne[c] meruit incarnationem neque predestinationem suam, licet potuerit id ita contingere de lege absoluta. Quomodo vero sit 1[us] predestinatorum et quo ordine in divino decreto predestinata fuerit ejus incarnatio vide supra disp. 1 q. 1 presertim sect. 4.

Sit inprimis dictum est ex co[mmun]i sententia cum S. Tho. hic q. 2 q. art. 1 Xpum Dominum esse et proprie dici predestinatum cum ita loquatur Scriptura et SS. PP. Augustinus presertim, unde lib. de predestinatione Sanctorum cap. 15 ait: Sicut predestinatus est ille unus Xpus ut caput nostrum, ita multi predestinati sumus ut membra ejus essemus. Et ratione quia Xpus Dominus ab eterno preordinatus est in quantum homo ut sit media unione hypostatica caput universi, habeatque perfectissima bona gratie et glorie sitque primogenitus inter multos fratres ut loquitur Paulus, ergo vere et proprie est predestinatus, hec tamen predestinatio non convenit illi ratione divinitatis sed ratione humanitatis, quia precise ut Deus est et ut Verbum non potest preordinari ad aliud quod illi convenit precise ut Deus est et ita non dicitur filius Dei ut Deus est predestinatus sed Xpus Dominus in concreto qui est totus principale peradequatum hujus predestinationis et ejus humanitas predestinata ad unionem hypostaticam et ad gratiam et gloriam ut bene explicat Vasq. hic disp. 91 cap. 4 § mihi vero, a tamen dicitur predestinata ad filiationem quia ex sua dicione non est capax hujus denominationis. Suar. vero disp. 50 sect. 4 licet admittat humanitatem predestinatam dici ad unionem hypostaticam addit tamen non dici proprie predestinatam ad beatitudinem quia hec predestinatio non tribuit proprie ne[c] sed, ut notavit, illud intendere D. Thom. hic; Ceterum questio est de nomine. Cum ad hoc etiam dici poterit Verbum predestinatum ut scilicet fiat homo vel ut supponitet naturam humanam.

Sicut ergo dicitur Christus Dominus in quantum homo praedestinatus ut sit filius Dei hoc est hunc unum hominem, ut vulgo dicitur, aut singularem humanitatem ut concipitur in aliquo supposito non concipiendo an sit divinum, praedestinatum fuisse ad dignitatem filii Dei naturalis seu ad filiationem naturalem non tamen ad aeternas quia ab aeterno Verbum est filius Dei quod homo illi est talis est, nemo autem praedestinatur ad id quod illi est taliter convenit sed ad id quod ex se non habet potest tamen accipere ex divino beneficio; Unde nec Christus Dominus ut homo sic adaequate concipiatur dicitur praedestinatus ut sit filius Dei, quia ut sic in suo statu concepitur dicere esse filium Dei.

Monet autem D. Thomas art. 2° an 3ius magis proprie dicitur quod Christus secundum quod homo est praedestinatus esse filius Dei quam quod Christus Dominus secundum quod filius Dei sit praedestinatus esse homo. Et tamen principalis praedestinatus fuisse ad unionem hypostaticam quam ad beatitudinem et alia dona quia illud est majus bonum. Contra Durandus in 3 distinctione 7a quaestione 3a n° 9° dicit et proprie dici non posse hominem aut hunc hominem praedestinatum esse a Deo ut sit filius naturalis per unionem quia id quod praedestinatur ad aliud debet esse prius tempore aut saltem prius natura illo, homo autem aut hic homo non est prius tempore aut natura quam ipse filius Dei quia cum sit concretum includit etiam ipsum suppositum cui unitur ea humanitas. Respondeo id verum esse si sermo sit de hoc homine ut dicit suppositum divinum non tamen ut concipitur a nobis cum supposito abstrahendo ab eo quod sit divinus ut explicatum est.

In eo etiam sensu loquitur Paulus ad Rom. 1 [illegible] qui factus est ei ex semine David secundum carnem qui praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Ad hunc locum plures interpretantes ex Patribus [illegible]

veres apud interpretes presertim circa vocem Praedestinatus V. ad ha hic et in paragraphrasi secutus Amicus ita declarat definitus et declaratus est filius Dei vere virtutem et potentiam quam spiritum sanctificationis largitur et a mortuis resurrexit. Verum quia communem theologorum expositionem hic sermo sit de propria praedestinatione sic explicandus erit locus; Filius Dei Patris factum esse illi fuisse filium David secundum carnem accipiendo secundum nativitatem in tempore, et secundum humanitatem praedestinatum fuisse, imo, supra declaratum ut sit filius Dei naturalis et ut cumpleret id sanctificando homines et exsuscitando mortuos propria virtute. Plura alia circa hoc legi potuerunt in ipso textu D. Thomae facile ex dictis colligentur, legatur Augustinus tomo 7º lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 15 ubi pulchre docet de praedestinatione Christi Domini. —

Disputatio 20.

De adoratione Christi Domini et rerum divinarum.

— Quaestione 25 disputat D. Thomas de adoratione Christi Domini. in art. 1º docet ex parte ejus qui adorat unicam tantum esse adorationem respectu Christi Domini, quia est unicum suppositum, seu unum est ex parte causa adorandi illum: in 2º humanitatem Christi Domini adorandam esse adoratione latriae si attendatur res ipsa quae adoratur, sive attendatur ratio adorandi: ipsa bona gratiae illi humanitati collata adorandam esse adoratione hyperduliae; in 3º affirmat imaginem Christi Domini adorandam esse adoratione latriae: in 4º idem affirmat de cruce; in 5º docet D. Virginem non esse adorandam latria sed hyperdu-

lia: in 6° adorandas esse sanctorum reliquias. Siquidem si res haec cum haereticis habenda esset, longissimo esset opus disputationis tractatu, in quo feliciter elaborarunt Bellar. Valen. et alij controversarij; illa ergo ibi subjicimus quae complemento hujus materiae necessaria videbuntur.

C.° I.

Quid et quotuplex sit adoratio.

1° adoratio in genere sumpta in eo differt a laude et honore, quod haec latius patent, laudamus enim et honoramus etiam inferiores ratione cujusque virtutem, non tamen dicimur adorare, revereri aut venerari nisi in dignitate constitutos quos nobis superiores esse cognoscimus. Deinde si vox ipsa adoratio in se consideretur communis est Deo et creaturis, cum passim etiam sumatur illam pro honore qui hominibus tribuitur, sic Ruth 2° prostrata in terram adoravit Booz, Abigail adoravit David 1 Reg. 25, et Judith cap. 10 viso Holopherne adoravit eum prosternens se super terram. Quandoque Patres soli Deo illam accommodant dum asserunt solum Deum esse adorandum: ex quo in usu jam non usurpatur nisi ad significandam reverentiam et venerationem quae Deo, sanctis et rebus divino cultui consecratis exhibetur, in eo sensu adoratio est quidam actus ad virtutem religionis pertinens quae ad voluntatem spectat et pars est potestativa justitiae, in reddendo quod cultu Deo et rebus divinis debito occupatur, de quo vide D. Thom. 2a 2ae q. 80 art. 1° et q. 81 et Vasq. hic disp. 1a cap. 9° n° 91.

2° adoratio ita definitur ab Anastasio episcopo Theopolitano citato in 7 synodo act. 4a; Quid aliud est adoratio quam honoris alicui exhibiti veluti emphasis? hoc est symbolum

seu

seu nota non honoris utcumque sed illius qui Deo et rebus divinis venerationis ea exhibet. Unde sequitur duos actus voluntatis adaorat. unus qui sit affectus voluntatis quo volumus venerari eum quem adoramus, alter vero qui sit nota seu expressio et emphasis talis venerationis. Hunc 2dum contendit Vasquez hic disp. 93 cap. 5° debere esse externum et corporalem, faveresque videntur S. Thom. 2a 2ae q. 84 cum apers de adoratione ait se agere de externo actu religionis. S. Bonaventura in 3° distinct. 9a art. 2° q. 3 ait materiam latriae quae est adoratio Dei esse actum exteriorem, Valen. etiam t. 3° disp. 6a q. 3a punct. 1° ait adorationem prout ab alijs actibus virtutis differt esse actum externum. Potissimum quod fundamentum hujus sententiae est quia nisi assignet aliquod opus externum pro obiecto adorationis non habebit aliquid speciale adoratio ut distinguatur ab alijs virtutibus, cum omnes habeant pro officio honorare Deum nisi speciales actus religionis.

3°: e contra tamen et melius alij dicunt adorationis materiam seu obiectum posse esse actus omnino internos et plerumque ad actum etiam externum transeat in hominibus quia corporei sunt. Hanc late probat Suar. hic disp. 51 sect. 2a cum alijs quos refert. addit quod S. Bonaventura ad argumenta n° 1 expresse statuere adorationes internas, quas ait in eo consistere quod quis tota mente in Deum tendat, et externas quae in aliqua reverentia corporali consistunt. Bellar. etiam lib. 1° de cultu Sanctorum cap. 12 favens dum asseverat materiam cultus latriae esse non solum genuflectiones, orationes vocales et alia signa externa, sed etiam actus mentales. Accedit quod in Scriptura non semel ponit Angelos adorasse Christum Dominum psal. 96. 7 quoad locum 1° ad Hebreos 1°, cum hi Angeli non habeant corpus, adorationis dicitur esse in illis omnino interna. et in corporibus assumptis

possint adorationem s[o]lem [illegible] Deo exhibere. Neque placet responsio Gabrielis Vasquez asserentis ibi non esse sermonem de adoratione proprie et stricte sumpta quae nullus actibus debet [illegible] sufficiens fundamentum. Deinde in Concilio provinciali Treverensi, [illegible] 4° conciliorum, dr; Deus cui Spiritus sit non tantum internis affectibus fidei, spei, et charitatis, verus est externis actibus colendus et adorandus est. Iam 6° adoratio pure interna ex mente concilij. Neque oppositum docuit D. Thomas cum saepe adorationes internas vocat ut patet ex varijs testimonijs quae refert Suarez citatus in loco 2° numero praecedenti relato scilicet colligi ibi specialiter velle esse de aliquo speciali actu exteriori adorationis. Adde quod ibidem art. 2° corpore [illegible] docet [illegible] duplicem adorationem, spiritualem scilicet quae consistit in interiori mentis devotione et corporalem quae consistit in exteriori corporis humiliatione, additque ex Damasceno lib. 4° de fide cap. 13. quia ex duplici natura compositi sumus intellectuali scilicet et sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus.

4°. Accedit ratio efficax etenim non minus possumus profiteri et venerari divinam excellentiam per actus internos quam per actus externos. nec non minus submittitur [illegible] Deo eliciendo actum fidei et captivando proprium intellectum in obsequium ejus aut eliciendo actum timoris reverentialis Dei [illegible] propriae humiliationis quam genuflectendo, pectus tundendo aut alio [illegible] signo externo ergo non minus potest exerceri adoratio per actum internum quam per externum, atque homo ex varijs motivis [illegible] ad eliciendum actum internum fidei v.g. [illegible] per [illegible] actus virtutum laudet et honoret Deum, certe si velit illum elicere in speciali ut profiteatur divinam excellentiam et propriam subjectionem, actus talis voluntatis [illegible] ad fidem erit simul religionis et adorationis actus [illegible] fidei erit solum illius

et emphasis venerationis Deo exhiberi n solu gratis illis quae ab omnibus actibus fidei afferri, sed etiam specialis honoris et venerationis quae resultat ex eo quod a virtute religionis imperentur. Itaque ut actus interni sint etiam adorationis opus est ut ex speciali motivo virtutis religionis emanent; quo posito facile solvuntur omnia fundamenta contrariae opinionis.

S.° Dividitur adoratio in latriam, Duliam, et hyperduliam quae licet in sua nativa significatione ex graeco latiorem usurpationem habeant, ut tamen communiter sumuntur a Theologis, latria est cultus debitus Deo propter infinitam ejus excellentiam; dulia est cultus debitus sanctis in gratia; hyperdulia est cultus debitus alicui propter eminentissimam sanctitatem ut B. Virgini. quae adorationes specie distinguuntur si habuerint distincta in specie motiva formalia ut ingrati tradit communiter ... virtutum. Igitur quae adorationes specie distinguuntur quia notant speciales excellentias respectu rerum quae adorantur, et inaequales etiam cultus illis respondentes: si vero quis ex motivo charitatis vellet adorare Deum, B. Virginem et sanctos tribuendo unicuique cultum debitum, tunc sine dubio non distinguerentur in specie: cum autem virtus religionis non sit theologica sed moralis ~~habeat~~ ut quae adorationes ad illam pertineant debent habere pro motivo formali specialem honestatem supra naturam creatam quae relucet in tribuendo unicuique cultum debitum et tunc sine dubio semper distinguuntur specie ut infra dicetur.

S.° Sed et illud notandum est quod actus externos adorationis ex vi solius legis naturalis non esse positive determinatum motus aliquem peculiarem adorationis externae Dei cum non adoratione externa signent ad placitum, ea sunt indifferentes licet ad Deus et ad homines, sic n. genuflexio ad homines etiam fieri solet, sed ordinarie fiat uno tantum genu et ideo solemne est Deum utroque genu adorare ut legitur de Salomone 3.° Regum 8.°, ceterum et hoc etiam coram homine fieri solet, sic n. coram Pontifice utrumque

genuflectit, et Sanctis etiam ea adoratio externa fieri solet, idemque de pectoris contusione et alijs ejusmodi. Pendet q° significatio horum ab affectu interno quo fiunt, diversio n. quo genuflectimus coram Deo amore erga illum supremum Dominum et postulantes ut nobis misereatur, coram Sanctis v° ut amicis Dei optantes nobis illos intercessores, de qua re bene Suar. T° 1° de religione lib. 1 cap. 2°.

C. 2°

Quae adoratio debeatur Xpo Dno tam rone divinitatis quam rone humanitatis; ubi quae adoratio debeatur ejus humanitati in abstracto.

Sect. 1.

Status quaestionis et variae sententiae.

1° certum est Xpo Dno rone divinitatis deberi adorationes latriae quae est supremus cultus nominis quasi Patri et Spiritui sancto; Ex quo colligunt DD. unicam esse in specie adorationem latriae quae sine dubio deberet cuicumque perfectioni divinae etsi ab alia separata esset, aut si darentur plures dij, quorum unus esset omnipotens, alter summe sapiens &c. cum v° Deus rone cujuscumque sui attributi et perfectionis sit nobis longe superior, et excedat quamcumque perfectionem creatam aut creabilem; cum quo bene stat potissimam ronem propter quam Deo debetur latria esse summam majestatem hoc est excellentissimum esse a quo dimanant attributa: Unde ut bene notat Vasq. disp. 9 cap. 3° quamvis aliquae virtutes respiciant Deum sub speciali aliquo attributo, oblatio n. tribuitur Deo ut summo omnium, id quatenus sapienti et justo, victima mactatur ut Dno vitae et mortis, oro illum respicit ut potentem et liberalem, juramentum

ut veracem &c. at adoratio respicit Deum sub excellentia
supremae dignitatis quae unica in illo est omnia comprehendens.
Ex quo tamen non hic colligere potes esse de facto plures adorationes
Latriae specie distinctas; unam quae adoret Deum propter unum
attributum, alias quae adorat propter alium, aut unam per-
sonam praescindendo ab alia, licet enim id in visionibus et in
actibus charitatis possit esse (de quo modo non disputo) tamen peculia-
ris ratio est in adoratione quae certum (?) ... quod adorat non potest praescin-
dere unas excellentias seu perfectiones adorabilem ab alia, si
vero eae simul reperiantur in Deo, tum quia talis modus adoratio-
nis indecens esset ut infra dicemus, atque adeo contra prudentiam
et consequenter non posset esse actus virtutis. tum etiam quia cum
sit species justitiae ex dictis quaestione praecedenti, debet reddere quod
debitum quantum potest, quod autem cum possit simul adorare in
Deo plures perfectiones unam solum adorat hac ratione ut non omittat sub
despectum (?) id ob meram praecisionem non bene implet officium
justitiae quae petit reddere unicuique quod suum est. debitur autem a
Deo adorabili cultus propter omnes excellentias quas habet
ex superioritate quoad quis illum honorare et venerari vult; si-
cut autem in actibus charitatis non causat distinctiones specificas quod
unus explicite attingat unum attributum, alius alterum, ita
neque in adoratione Latriae quia id est quid male in iis actibus. —
—— Dico 2º certissimum est apud omnes Christum Dominum etiam secundum humanitatem spe-
cificative loquendo adorandum esse adoratione Latriae, atque
adeo hoc totum compositum qui est Deus homo. Ita D.
Thomas hic art. 2º ubi Cajet. Valen. Suar. Vasq. et
alii Recentiores; antiquiores vero cum Magistro in 3. distinctione
9ª. Sumitur ea doctrina ex epistola 10ª D. Cyrilli quae est con-
cilii Alexandrini ex 5ª Synodo collatione 8ª canone 9º ex

Athanasio, Damasceno, Aug^no et alijs scilicet et P.P. unanimi sensu attestantibus, Xum, qua utrumque et divinitate et humanitate unum esse adorabile et una adoratione; videlicet ea testimonia apud authores citatos, idque satis docet Trid. sess. 13 cap. 5° cum agens de Eucharistia ait: Nullus dubitandi locus relinquitur quin omnes Xpi fideles pro more in catholica ecclesia semper recepto latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant. Cum ergo humanitas sit longe magis unita Verbo conjuncta quam species sacramentales, si hae propter conjunctionem cum illo adorari debent latria, a fortiori ipsa humanitas coadorari debet quando adoratur divinitas in Xpo Dno; sic etiam cum adoratur sanctus, adoratur etiam ejus corpus propter conjunctionem cum anima in qua est sanctitas et virtus. Sicut, inquit Damascenus lib. 3° de fide cap. 8°, timeo carbonum tangere propter ignem ligno conjunctum, adoro carnem Xpi propter conjunctam divinitatem.

3° accedit ratio desumpta ex Aug^no, ... serm. 58 ex verbis Dni ad finem; inducit n. hereticus objiciens, quod carnem ejus quam creaturam esse non negas simul cum divinitate adoras atque ei non minus quam divinitati deservis. Respondet Aug^us: Ego Dominicam carnem immo perfectam in Xpo humanitatem propterea adoro quod a divinitate suscepta atque deitati unita est, ut non alium atque alium sed unum eundemque Deum et hominem Dei filium confitear. Et post pauca addit: Verum si quis virum aut purpuram aut diadema regale jaciens inveniat, numquid ea prohibit adorare? Cum vero ea Rex fuerit indutus periculum mortis incurrit si ea simul cum Rege quis adorare contempserit: ita etiam in Xpo Domino humanitatem

sumi

humanit[as] n[on] solas aut nudas sed divinit[ati] sic unitas unus Dei filius Deus v[erus] et homo verus qui adorare semper erit

erit mortis p[o]enas patet. Nec putetur Aug[usti]n[u]s qui p. al. 98 explicat de humanit[ate] Xp[ist]i Domini ea verba adorate scabelum pedum meor[um]; Concludit q[uod] unas et indivisibiles adorat[ion]es latriae quia in Xpo D[omi]no adorant divinitas et humanitas h[oc] q[uod] hic dicat eo adorari q[uia] n[on] s[olum] se s[ed] r[ati]one unionis cum divinit[at]e adoratur. Verba Aug[usti]ni affert S. Thas opusculo 58 cap. 4.

4[o] illud difficile videt[ur] quid velit D. Thas cum dicat art. 2[o] corporeali: ipsi Deo Patri debet honor latriae propter deitatem, et honor duliae propter dominium quo gubernat creaturam, cum tamen ex sup[r]a dictis n[o] 1[o] constet Deum atq[ue] adeo quamlibet p[er]sonas divinas adorari debere a nobis adorat[io]ne latriae r[ati]one cujuscumq[ue] excellentiae et perfectionis. In primis Cajetanus ibi § 2[us] est aut, D. Thas loqui de dulia in c[omm]uni sumpta quae abstrahit a latria et dulia in speciali; Cabrera ibi disp. 3[a] n[o] 14 ait non duliam intelligere hic D. Tham latriam quae debet Deo r[ati]one dominij dulia n[am] ut Deo supremo D[omi]no applicat e[st] vera latria ex propasse aut; D. Thas eas locut[ione]s ut ostenderet r[ati]onem c[omm]unem servi adorationis in cultu vero Deo debito eminenter contineri, ut indicaverat 1[a] 2[ae] q. 103 art. 3 ad 1[um].

R[espondeo] 6[o] n[on] velle S. Tham Deo deberi aliqua r[ati]one adorat[ione]s quae proprie e[st] dulia cum sibi debeat latria, convenire tamen cum dulia debita sanctis in r[ati]onem c[omm]unem sicut et r[ati]o dominij e[st] c[omm]unis Deo et creaturis, dulia n[am] ex se signat adorat[ion]es quae dat a servis D[omi]no sub r[ati]onem dominij quaecumq[ue] illa sit.

5. His suppositis celebris difficultas e an Christus Dominus ratione humanitatis adorari possit alia adoratione praeter Latriam, atque adeo an ipsa humanitas praecisa per nostrum intellectum a Verbo cui est unita possit et debeat adorari minori adoratione quam Latria atque adeo dulia seu hyperdulia. 1a sententia affirmat. ita late Suar. hic disp. 54 sect. 2a praesertim circa 3a et sect. 3, eamque statuit tanquam certam satis et late probare intendit Christum Dominum ut homo est adorari posse propter gratias habitualem et alia dona creata ipsi collata hyperdulia; idem sentit De Lantis hic art. 2o disp. 9a circa 3, favere quoque videtur D. Thomas hic art. 2o quatenus asserit Christum Dominum secundum humanitatem adorari posse dulia, secus in 3o distinctione 9 § quantum ad istum articulum, et clarius in solutione ad 1um, Durandus, Gabriel et alii plures quos refferunt Suar. citatus et Cabrera hic disp. 2a; Canisius etiam lib. 5o de B. Virgine cap. 15 Christo Domino ut homini et B. Virgini hyperdulias deferendas docet: eamdem quoque sententiam sequitur Pithygianus in summa distinctione 9 q. 1 art. 7o circa 1 et 2a. Negativa tamen sententia probabilior est quam sectione sequenti proponemus et probabimus.

Sect. 2.

Ostenditur non posse decenter et honeste adorari Christum Dominum etiam ratione humanitatis nisi adoratione unica Latria.

Verior sine dubio sententia est quae asserit humanitatem Christi Domini atque adeo ipsum ratione illius non posse decenter adorari nisi unica adoratione Latriae. Hanc satis late probat Vasquez hic disp. 96 qui pro eadem citat Valdensem, Catharinum, Claudium de Saintes, Clictoveum, et ex antiquioribus S. Bonaventuram.

na venturas. Majorem, Ricardus et Albertus, ibem sequit Cabrera hic disp. 2. § 3; favetq Valen. puncto 1°, sentiuntq doctis Recentiores: Nec 3ª dicit D. Thos allegatq pro contraria sa, sed n. intendat q supª sect. praecedenti n° 4° cui Ites Patri dedicas accedit. Pbr authoritate scilicet, et qd Dus asserenti humanitatem et Verbum unica adoratione colli debere, vide supª sect. praecedenti n° 2° et 3°; favet praesertim scilicet Alexandrinus in epla 10ª apud Cyrillum approbat in ephesino qd damnat duas in Xpo Dno adorationes et si unq adoratio sit propter alium, id n. intendit illis verbis: Recusamq autem hoc ut de Xpo quisquam dicat, propter eum qui hoem induit eum qui indutq e veneror. propter invisibilem adoro visibilem. et scilicet constantinopolitanus collatione 8ª canone 9° ait: Siquis in duabq naturis adorari dicit Xpum ex quo duas adorationes introducit separatim Deo et Verbo et separatim hoi &ª anathema sit. et in anathematismo 8° Cyrili definit Verbum et humanitatem n ee duo adorabilia sed unum et idem. Rent aliqui 1° solum damnari à Concilio duas adorationes in sensu Nestorij qui duo supposita in Xpo Dno ponebat. 2° merito quidem ecclam exteris sdas latrias deferre Xpo Dno ne videamur favere Nestorio et ideo Sacerdotem sumpturus Eucharistias latria Xpum Dnus adorare cui ait: Domine n sum dignus &ª nec petere ut oro nobis oret sed ut concedat postulata ut cum dicimus, aiā Xpi sanctifica me &ª.

Pro plane utraq responsio debilis est, 1ª q ... damnare scilicet, tn cum semp negent quascumq duas adorationes et cum agant de adoratione humanitatis et carnis

Xpi Dni nunquam meminerint alteri adorationis quam propter Latriam sine dubio illam in re negant. Ex quo etiam rejicitur 2a responsio, ideo enim id refugit Ecclesia quia indecens est talis modus adorandi etiam in occulto ut infra probabimus.

Accedit vero quod bene urget Vasquez citato cap. 7. etteri. cum humanitas ratione Verbi possit adorari Latria, ineptum est ut ratione humanitatis Verbum ipsum adoratione inferiorem Latria incongrue trahat, cum accessorium sequatur suum principale, denominatio quod debeat sumi à principaliori, et ex jure pars superior trahat ad se inferiorem, et quod per communicationem idiomatum non incongrue predicata abjecta humanitatis dicant de Verbo, at adoratio ea inferior intimis tribueret Verbo, mas idiomatum communicatio eius Verbum ipsum vere respiceret tanquam id quod adoratur et colitur ea adoratione inferiori. At neque humanitas ipsa in abstracto precindendo à Verbo, decenter adoratur, cum enim in re ipsa sit unita, qui ad adorandum talem precisionem faceret, injuriam irrogaret.

2o probatur quod adoratio et veneratio tendunt in obiectum, si ordinate procedant, summa appretiatione illius qua possunt, et attendendo majorem ejus excellentiam, quia habent pro speciali munere honorare. alias autem virtutes non habent id pro speciali munere, ut charitas habet unire &ca, qui autem relicta majori excellentia sibi minorem colit, potius inhonorat, licet enim verbis majorem non neget, certe factis negare reputatur. Sic enim siquis Regem qui simul à Dux, Marchio et Comes, illum solum venerraret ut ducem aut marchionem vel comitem precindendo à dignitate Regia, inique procederet, nec debitum honorem daret: idemque à si quis episcopum venerareret solum ut diaconum vel presbyterum

q^a hoc est significat hec, idemq^3 e in alijs exemplis, q^s
Filius iniquè se gereret qui humanit^i Xpi D^ni sive in
abstracto sive in concreto minorem adorat^{ed} tribueret latria

Dices: quod si utrumq^3 simul adoraret, jam cessat in-
commodum. R^o n̄ cessat indecentia et imprudens
mus adorationis, sicut indecorus esset qui Regem simulet
Regem et Comitem veneraret exhibendo duas inequa-
les venerationes. Addeq^o scilia et PP^es nunquam ag-
noscunt eas duas adorat^es ut dictum est. Statutus q^o
maneat adorat^e ex ipsa rei na et lumine ronis semp^e
debere attendere in sbo majorem excellentias quas het
sup^a sect^e precedenti n° 1°. Ultimo confirmatur q^a ut bene
probat D. Thos hic art. 2° natura n̄ e adorabilis in
abstracto sed ut suppositata adoratio n̄ tendit in rem
subsistentem n̄ q^o potest oio in adorat^e Xpi D^ni precindi
humanitas à Verbo, et consequenter nequit adorari mino-
ri adorat^e quam Latria.

Sect^o 3.

Argumenta contra dicta et solutiones.

1° Objiciunt aliqua PP^us testimonia que id videntur afferere
scilicet humanit^s ut precisas à Verbo posse adorari inferiori
adorat^e quam Latria celebres^e e testimonium Damasceni
lib. 4° de fide cap. 3° ubi ait de Xpo D^no: si dividas sub-
tilibus ... q^d videt ab eo q^d intelligit, inadorabilis e
ut creatura, hoc e si humanitas dividas à Verbo n̄ e
adorabilis Latria ut pote creatura. R^et bene Vasq
cap. 7° Damascenum solu ostendere adorat^es Latria prove-
nire humanit^i ex unione ad divini^m quam ab ... prout

dubio incapax ē talis adorationis cum sit pura creatura: verumtamen si fingas L. cognitis humanitatem carere unione ad Verbum non manet ro adorandi illam Latria, quia tamen in re semper ē unita nunquam licet illam minori adorate colere.

2us argumentum: Verbum divinum ut praecisum ab humanitate potest adorari Latria, ergo humanitas ut praecisa a Verbo poterit adorari dulia, non n. ē major ro quare Verbum possit adorari cum tali praecisione, non tamen humanitas.

Rr. concesso ante negando consequentiam, 1o quia Verbum sine humanitate retinet titulum propter quem debet summa adoratio, non vero humanitas. 2o quia Verbum sine humanitate ē suppositum perfectum, at vero humanitas sine Verbo non est suppositum, nec aliud intendit Athanasius cum orone contra Arianos ait; Nec Verbum sine carne, nec carnem sine Verbo colli, non quia quasi sit necessitas coniunctionis ex parte utriusque extremi, sed quia nec humanitas sine Verbo licenter colitur, nec Verbum à carne dividendum quasi hec impediat adorationem Latriae; et utrumque coniungendum ē in adoratione ne videamur constituere duo adorabilia aut duo supposita. Ita ferme Rdus Vasq. citatus.

3us argumentum: licet laudare et praedicare humanitatem ut praecisam à Verbo propter dona creata quae habet, ergo licet illam sic adorare propter ea dona, quae tamen non sufficiunt ex se ad adorationem Latriae. Cfr. 1o quia imago Xpi Dni duplici adoratione potest adorari, 1o adoratione Latriae si consideret ut importans in recto exemplar; 2o minori adoratione si sumatur ut importans in obliquo exemplar et attendatur praecise excellentia moralis quae imagini provenit ex eo quod repraesentet exemplar, nec tenemur attendere modum

excel:

excellentiorem adorationis cum illa, de quo infra, quod similiter humanitas poterit adorari duplici adoratione, iuxta diversas considerationes. Confir. 2° quia sicut orare humanitatem Xpi Domini ut precissam à Verbo ut pro nobis intercedat illique gratias agere propter labores varios pro nobis, quod similiter et illam precisse sumptam adorare. —

Rr ad argumentum: quidquid sit de laude et predicatione immo et de actibus charitatis qui tiern ad humanitatem precisse cum appretiatione illi debita solum propter dona creata: certe specialis ratio est in adoratione quae ut sectione precedenti dicebamus ex speciali munere potest honorare: qui autem relicta majori excellentia minorem colit, potius injurias facit quam honorat, potiusque honorem retrahit quam ponit: cum adorat latria humanitas Xpi Domini, adorat propter omnia dona quae habet, sicut omnia ex se ad illam sufficiant; quia tamen latria eminenter continet omnes alias adorationes inferiores, per illas omnia dona Xpi Domini possunt coli sed altiori modo. Ad 1am confir. Rr concesso ante negando conseq., quia cum imago ex se non sit capax adorationis sed sola cogitatione cum exemplari conjungatur possumus nos ad libitum eam junctionem variare et consequenter adorationis modum: at vero humanitas intrinsece et physice unita Verbo, et ita non possumus decenter minorem adorationem latria illi offerre quia non possumus unionem talem minuere et ex se humanitas est ronis et honoris capax; ita ferme Rr et Vasquez citato cap. 8° ad finem. Ad 2am confirmationem Rr, quidquid sit de oratione et gratiarum actione, de quo sup. disp. 13. § 3, non est indecens aut petere à Xpo Domino ut media sua humanitate oret pro nobis, neque enim humanitas ipsa in abstracto proprie orat, sed ut orat, suppositum; diversa ratio est

ne adorat.e expropio et speciali munere vere honorare ut supra dicebamus.

De Superstitione quæ vitium est religioni oppositum. In excessu, quatenus vel alicui creaturæ exhibet cultum soli Deo debitum, vel Deo tribuit sed non cum externa quadam quantitate adorationis, cum rasque Dei in non posset esse, tamen cum aliqua circunstantia indecenti; multa D. Thom 2a 2æ q. 92 art. 1o. Qua autem ratione in ea re possit dari culpa, bene examinat Suar. tom. 1o de religione lib. 2o, Sanchez in summa lib. 2o cap. 37 et alii, nec vacat in re morali divagari.

Quæst. 3.

V. B. Virgini et reliquiis Sanctis debeat adoratio, et quænam illa sit?

Rem hanc contra hæreticos varie in hac re delirantes late examinant Canisius lib. 5o de B. Virgine à cap. 7 Bellar. tom. 1o lib. 1o de Sanctorum beatitudine à cap. 12 Suar. hic disp. 52, et tom. 2o disp. 22, Vasq. disp. 97, 98, 99, et 100 et alii plures. Sic autem breviter quoad rem nostram attinet declarat: In primis hic non est sermo de cultu et veneratione civili quæ propter excellentias humanas exhiberi solet etiam peccatoribus, sic veneramur Reges et Principes, immo et quamlibet personam habentem aliquam excellentiam naturalem nobilitatis, sapientiæ etc. sermo igitur est de adoratione et cultu sacro, religioso et supernaturali qui exhibeatur propter excellentiam aliquam plusquam humanam et naturalem sed inferiorem divina.

Deinde de fide est Sanctos Angelos, et homines à nobis colendos et adorandos esse hoc genere adorationis interiori, et exteriori cultu. Ita definit à Felice 1o in scripto Roma

no

no in sua epla 2a decreverat in concilio Grangrensi can. ultimo in 7a synodo grali sage in concilio Senonensi decreto 13 et tandem in Triden. sess. 25. Denique concilia oia qui docent imagines et reliquias Sanctorum adorandas esse, de quo infra, à fortiori idem de ipsis Sanctis decernunt. et quidem oia uno loco ponunt adorari esse B. Virginis. Confirmatur plura PP. testimonia ab initio nascentis eccle quorum plurima refferunt DD. supra citati praesertim Bellar. cap. 13. Consonat Scra ubi saepe legit justos et prudentes hoes adorasse Sanctos Angelos et hoes viventes aut mortuos rone sanctitatis quae in illis credebant esse; sic Abraham, Lot, Josue, Manue, Balaam et alij adoraverunt Angelos, David Saul adoravit Samuelem cum ei post mortem suam apparuit, qui nec ab eo reprehensus de tali cultu, Abdias adoravit Eliam, filij Prophetarum adoraverunt Eliseum, et sic de alijs. Et licebat rō, etenim si licet hoibus etiam peccatoribus venerationem civilem exhibere propter excellentias civiles aut nales, quare non erit licitus Sanctis adorationes sacram exhibere propter excellentias supernales quas hent, cum veneratio debeat commensurari et respondere excellentie quae reperit in obo quod colit. Et quidem haec veritas ipso hoe lumine ita se nota est, nec ab alio quam à caecis hereticis negari potest.

Neque urgent ea quae objiciunt heretici ex Scra et PP. ubi quandoque videt talis adoratio prohiberi. Matthaei 4o ait Xpus Dnus sathanae: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies. Ester 13 Mardocheus noluit Aman adorare dicens: Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hoes et ne quemcunque adorarem excepto Deo meo. Apocalypsi

19 et 22 Ioanni volenti Angelum adorare ipse ait: Vide ne feceris, servus enim sum, Deum adora. Petrus 10 noluit adorari à Cornelio, Hieronymus etiam contra Vigilantium, inquit, ò insanus caput aliquando martyres adoravit? et epistola 53 ad Riparium ait: Nos non dico martyrum reliquias sed nec solem quidem et lunam non Angelos non Archangelos non cherubim et Seraphim colimus et adoramus. eodemque modo loquuntur alij PP.

Ad 2 in 1 loco Matthaei sermo est de adoratione latriae quae soli Deo debetur: Mardochaeus etiam noluit adorare Aman, quia apud Persas ubi tunc erat genuflexio, erat signum latriae, vel quia saltem tam frequens genuflexio non erat exhiberi solita hominibus sed soli Deo, et ita noluit quotidie adorare Aman. Ioannes adoraturus Angelum prohibitusque ab eo non quia non licebat sed propter reverentiam qua Angelus Ioannem suscipiebat ut pote dilectum Christi Domini Apostolum, et etiam propter dignitatem sacerdotis ut ait Viegas qua Angelus caret. Addit Pitigianus Ioannem voluisse adorare Angelum hyperdulia et hoc prohibuisse Angelum ut significaret apostolicas dignitates esse superiorem dignitate Angelorum. Noster Alcacar longe alia via procedit, existimans eos fuisse duos Angelos non natura sed officio et Angelus capitis 19 esse D. Petrus, Angelum vero capitis 22 D. Paulum jam emortuos et indigeres et ideo merito Ioannem illos adorare voluisse, sed sane esse talem adorationem letitiae summae significationes de felicitate ecclesiae Ioanni ab iis enunciata. Petrus vero noluit se adorari à Cornelio quia humilis erat et modestus honoresque fugiens. similiter Paulus et Barnabas actorum 14: Addeque hijs tanquam Iovi et Mercurio Licaones immolare volebant. Hieronymus vero ibi solum negat adorationem

latriæ martyribus, et ideo in 1º loco addit: Quis hominem
putavit Deum? eademque est mens aliorum Patrum ut ex
tractatu facile colliges et ex heresi contra quas pugnant
Ad ergo jam rem hanc subtilius explicemus. Igitur B.
Virgo cum ex supra dictis in sectione praecedenti non adoret
decenter nisi attendat ejus major excellentia, et prae-
ter dona omnia aliis sanctis habeat specialem matris
dignitatem, et rationem consanguinitatis cum Christo Domino ut homo est
et affinitatis cum Deo ut Deo; ex omnium catholicorum con-
sensu adorari debet adoratione hyperduliæ quæ superior
est dulia, minor tamen latria; semper tamen attendere debe-
mus majorem excellentiam obiecti quod adorat, sive in B. Vir-
gine, sive in aliis sanctis; et hi quidem cum omnes ha-
beant dona ejusdem ordinis adorari debent adoratione
duliæ seu servitutis, veneramur enim eos ut dominos
quos nobis ita superiores agnoscimus ratione donorum
supernalium quæ habent. et cum in omni loquendo ado-
rationis sint tot species quot sunt species excellentiæ, procul
dubio hyperdulia distinguitur a dulia quæ respicit excel-
lentias obiecti specie diversas, de quo supra q. 1a n. 5. —
Ex quo etiam sequitur specie differre adorationem qua adoramus
justos jam beatos ab ea qua veneramur justos habentes gra-
tiam sanctificantem solum non tamen beatos, quia excellentia glo-
riæ specie differt ab excellentia gratiæ habitualis sanctificantis
cum non in re possent dari variæ occasiones multiplicandi species
adorationis supernalis, ut si quis adoret aliquem propter
fidem [?]talem quam solum habet. alium propter fidem et
spem quas sine charitate habet et sic variæ species gratiarum quæ
gratis datæ dicuntur et in diversis hominibus reperiuntur variæ
excellentiæ occurrunt ex se sufficientes ad tradendum ado-
rationes duliæ specie diversas. Crediderim tamen de facto non occurrere

Deus ad actus interna et admirationis nisi solum ad eas quas adorat ... propter gratias sanctificantem ... et ad eamque adorat Beatos propter visionem, sed innumere ... potiori de facto ipsa ... orationis supernalis. Sic est de facto ... occurrit à Deo eas ipsas amoris supernalis, quo amore nostrum proximos propter varia dona supernalia quae in illis dant. Qui autem cultus differendus sit Sanctis canonizatis aut Beatificatis quibus non canonizatis, vide quae diximus in ma de fidelibus ... deque est Pithygianis ... art. 3. Notatum de veneratione vivorum cause procedendum de eius ita occurri simus de eorum sanctitate.

Ultimo bene notat Vasquez hic disp. 101 cap. 2 ... quod cultus exhibet Sanctis non sit proprie dulia in suo rigore quod sic solum convenit servis quo suos dominos ex D. Thoma 22 q. 103 sed ex communi qualibet ratione quae de observantia ad eos majores. Tamen respectu B. Virginis in suo rigore exercet quod cuius Christus Dominus jure redemptionis propria ... ac dominium habeat in redemptos ut supra diximus, mater ejus jure est Domina et Regina gaudere debet, servus non eadem dulia et Dominos suos et matrem illius colit, quod sancti indicant Sancti Patres cum dicunt B. Virginem tanquam Dominam et Reginam ad adorandam.

Conclusio

Utrum ussus imaginum Christi Domini et aliorum Sanctorum sit licitus? 8

Primo quod ad vocem attinet in communi usu fidelium imago longe diversum sonat ac idolum et simulachrum, nam idolum sive à dolo dicat ut existimavit Valdensis, sive ut verius docet vox greca sit idem valens ac umbra seu resina=

nij et similitudo falsa, hoc é representans id qd re vera n est qua res erant homines, seu creaturae quibus falso deitas tribue=batur ab Ethnicis. Simulacrum dr etiā a simulando quia sit similitudo falsa et fictio. Imago vero ut in usu é apud ca=tholicos dr quae imitatur rem veras representans quod re vera é. Hinc 7a synodus act. 7a ait: Qui venerandas imagines idola appel-lant anathema sint. et si quando antiquiores n ita caute in earum vocum usum processerint, in vestra ita gravi magna facienda é vocum proprietas, vide Suar. lib. 2o defensio=nis fidei cap. 12.

Quod antiquissimus fuisse usus imaginum ipsa Eccla consuetudo demonstrat, immo D. Hieronymus lib. hebreicarum quaestionum sup Genesis, et alij dicunt cepisse ab Enos, de quo dr Ge=neseos 4: Iste coepit invocare nomen Domini, quod omissis alijs explicationibus aliqui ita explicant eo sensu ut Enos coepisse effigiare Deum faciendo imagines eius, erigendo alta=ria, construendo templa, quo homines excitaret ad memoriam Dei, et tunc etiā homines coeperint abuti imaginibus et idola colere, ideoque alij legunt ex hebreo ibi: Tunc profana=tum est nomen Domini, quod notavit Cornelius ea in quodlibet ... positiva. Caeterum de origine idolatriae vide Sapie. 14 et D. Thom. 2a 2ae q. 94 art. 4o. Quod antiquissimus et in Eccla catholica sacrarum imaginum usum, indubitanter debet dici, unde 7a synodus generalis act. 3 et alia multis egregijs quod testimonijs et antiquis historijs recepta quod traditur ab Apos=tolo ... tempore earum usum probavit. antiquissimus autor Flavius Dexter (floruit autem anno Dni 440) ait anno à Xpo Dno nato 208: In Hispania ab apostolicis temporibus frequens sacrarum imaginum usus et cultus, in quo apud nos postrema fuit a passione Sancti ... Piganij

Dn. Murillo in historia de el Pilar.

imago. Verius de hac re multa Suar. et Vasq. alijque. Sic Di-
thyrianis distinct. 9 q. 1a art. 1o; Azor lib. 9o institutionum
moralium cap. 7o et alij, qui multa ingerunt de utilitatibus
imaginum; vide etiam de ea re Euthymium in Panoplia
pte 2a titulo 19.

§ 3o: licet Durandus distinct. 9 q. 2a ad 4um et Abulensis
Deutheron. 4 q. 5a negent expedire usum imaginum spirituali-
um rerum ut Dei, Trinitatis et Angelorum quia res spirituales nequit
figura aut coloribus delineari. Merito usus ecclesiae oppositum
comprobavit cum n. Scriptura ostendat Deum saepe sub varijs figuris
apparuisse, et Angeli etiam sub specie juvenum ostensi fuerint,
non est cur non liceat ijs imaginibus uti in memoriam talium appa-
ritionum, non quod credimus ea esse obiecta corporea sed quod ijs utimur
tanquam signis loco rei signatae, unde fatendum est hujus-
modi imagines non representare rem spiritualem realiter, pro-
prie sed solum metaphorice et per quamdam analogiam; de
quo vide Suar. lib. 2o defensionis fidei cap. 13 ubi multa
de imaginibus Dei ut Deus est sicut n. exterioris sermonis vocis
Deus, Trinitas et aliae res spirituales signamus nec tamen credimus quod
signum corporeum est ac similiter rem signatam. Ceterum
Angelos posse optime depingi ostendit Joannes episcopus
Thessalonicensis in 7 synodo act. 5a non longe ab initio; sed
addiderit depingi posse quia corporei sunt: caeterum bene osten-
dit Vasq. 1a pte to 2o disp. 170 cap. 5o synodus solum approbasse
sam Joannis quoad 1as ptes scilicet Angelos depingi posse; de
2a non curavit quia non agebat tunc an Angeli essent corporei et
ideo Tharasius qui synodo praesidebat post sermonem Joan-
nis relatum ait Synodo: ostendit Pater quod et Angelos
pingere oporteat quando circumscribi possunt et ut homines
apparuerunt. Et ad haec respondit synodus, etiam Domine.
fortasse etiam solum intendit Joannes Angelos depingi posse quod
apparuerunt in corporibus, similiter Spiritum Sanctum depingi in
figura agni licitum est et in ecclesia receptum [illegible] iam

nat

nat in 6a synodo grali in canonibus Trulanis canone 82 et in epla Adriani ad Tarasium patriarcham constantinopolitanum, id solum constituit potius depingendum ee in figura humana quam in figura agni, constat ex textu ipso canonis et Adriani ut bene notavit Suar. disp. 54 sect. 2 § ex his vo. quare errarunt Angelus, Silvester, Armilla et alij Summistae Miranda etiam in summa sectionis existimantes ejusmi imaginem damnari in eo canone.

4o. Imaginesque hæretici opponunt contra usum imaginum Christiana sunt in primis quod Calvinistæ et Lutherani et alij impij Iconomachi dicunt, primis eccliæ 500 annis nullum in eccla usum imaginum fuisse, immo et in præceptis decalogi Exodi 20 deos imagines prohibitas fuisse illis verbis: Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem &a. deinde damnari in varijs concilijs in Constantinopolitano 5o in 6a synodo can. 100 in concilio Eliberitano can. 36, in Francophor. et in Moguntino. 3o obijciunt Epiphanius et Augus. qui hujusmi imagines damnare videntur.

Rr. omissis aliorum solutionibus non ita verisimilibus; in primis apertum est in eo patere mendacium hæreticorum cum extent a tempore Xpi Dni variæ imagines tum eaque mira e. de Abgarum Regem tum quæ depicta sunt a Sto Luca de quo plura PP. citati et supra no 2o: in loco vo Exodi citato, imo oio prohibitæ fuerint imagines illi populo propter periculum ne illis abuterentur ut pote ita propensi ad idolatriam, imo solum prohibita fuerit superstitiosa illarum adoratio; certe in lege gratiæ non extat ea prohibitio quia nullum tale periculum dat. Concilium illud constantinopol. 5um non fuit legitimum neque simile: in 6a synodo citata solum prohibent picturas lascivas ut patet ex verbis canonis, quod etiam damnavit Tridentinum sess. 25: concilium Eliberitanum solum prohibet nec pictura

Sanctorum in templo essent expositae ludibrio Gentilium, et non in parietibus ponerent ne si templa diruerent, caderent imagines. Francophor. damnavit 7 Synodum quae legitima est ex errore facti, existimans scilicet Patres Nicenos tribuisse imaginibus sanctorum adorationem debitam Deo, in facto autem errare potest Concilium legitimum ut diximus in ma de fide. Vasquez disp. 107 late ostendit nihil tale definitum fuisse a Francophordiensi. Moguntinus solum negat imagines ratione sui et sine ordine ad exemplar adorari posse, quod verum est, idemque docent ij Patres ut patet ex contextu, scilicet certe imagines Sanctorum non esse adorandas adoratione debita soli Deo. et dum aliquos imaginum abusus reprehendunt videntur eas in grati damnare quod tamen longe aliter evenit, vide Bellar. lib. 2° de imaginibus cap. 17. Neque vero propter unum vel alterius fidelis rudis errorem imagines tollendae sunt sed potius hi homines instruendi.

C. 5.

V. imagines Dei et Sanctorum sint adorandae?

Sit igitur ex supradictis et licitas et utiles esse imagines Dei et Sanctorum dignasque veneratione et adoratione modo explicando quae non solum humana et civili ut imago Imperatoris aut Regis sed supernali et religiosa cum sint aliquid pertinens ad Deum et Sanctos quos supernali cultu adoramus. Ex quo etiam colligo non solum imagines pictas aut ex auro, ligno aliave materia factas, sed etiam alias ipsos intellectus qui repraesentant Reges Sancti, voces ipsas quae signant, scripturas quae scribuntur dignas esse ea veneratione cum non minus sint imagines illarum quam picturae aliaeve sculpturae. quare vere et proprie intelligo illud ad Philippenses 2°: in nomine Iesu omne genu flectatur de voce ipsa sensibili id signante, hoc enim ut veneratur Vasquez

103 cap. 11 nomen sacr. inst.ra p methonimias proteipsa
humana quale e illud actor. 4 in Nomen alicuius nomen
datum sub quo oporteat salvos fieri. tn. rico
mo vocietg. ipsi applicari potest q.d bene probat Suar. hic
disp. 54 sect. 7 § hec tn. Ja. bene q.d addit hanc ado-
rat. potissime ee venerationis et inferiorem adorat. debita
prototypo. de quaq. seq.t q.a cus vox sit quid transiens
n. ita facile p.sona signata potest in recto ijungi cum illa
ac cum imaginib. pmanentib. nec vident in eor. acceptione
locum habere personarum quas representant ut gerunt sicut
re. et alij sites.

Di. q.o v.o in prol. loquendo imagines Dei et Sanctorus
adorari debeant religioso cultu, dogma e fidei, preser-
tim fundatus in tradit.e et definit.e eccle. quam rem late
probant Contr.st, scilicet Bel.b9 Suar. lib. 2.o defensionis
fidei cap. 10 a n.o 11 et hic disp. 54 sect. 7.a Vasq. disp. 106 et alij. Ms. tangam hujus verit.s rones. 1.a desu-
mit a miraculis in honorem imaginum sanctorum que refe-
runt in 7.a synodo act.e 4.a epla Germani patriarche, de
quo Vasq. citato cap. 3.o 2.a q.a honor imaginis in prototy-
pum redundat sicut et despectus illis in contumelias et in-
jurias, est n. prius lumine n.e notum ad honorem alicujus
p.sone p.tinere ut n. solu in se sed etiam in imagine honoret.
cum autem imagines ex ratione quam hent ad p.sonas sanctas
quas representant aliquomodo sancte sint, ea rone adoran-
de et venerande sunt. Potest autem imago dupliciter con-
siderari: i.o materialiter ut est quedam res physica p.tinens
ad predicamentum substantie q.a constat auro, ligno &a et
ad predicamentum qualitatis q.a habet talem figuram, et hac

rone sine dubio nulla adoratio imagini debet. Ratio
est quia adorationem exhibemus ei rei quam nobis superiorem ag-
noscimus, nulla autem creatura inanimata inquantum talis
est nobis superior: 2° modo sumitur imago sub sua formalitate
et ut pertinet ad praedicamentum relationis, et sic digna est
adoratione modo dicto, unde adoratio imaginum prout ad
illas tradit respectiva est et non absoluta, ut sit vera et pro-
pria ut bene notat Suarez citatus.

3° objiciunt haeretici nostri temporis contra haec: eadem ratione
adoranda esse instrumenta per quae Deus miracula edidit
v.g. aquam Jordanis qua Naaman a lepra mundavit, sputum quo Christus Dominus sanavit caecum, et alia hujus-
modi. quo etiam argumento utebantur authores libri qui vulgo
dicitur Carolinus ut constat ex scripto Adriani de imagini-
bus cap. 54. Respondeo imagines non adorantur praecise quia per
eas Deus operatur miracula sed propter exemplar quod repre-
sentant. Sed adorationem autem grati quae debetur cujus libet crea-
turae ex eo quod ad Deum aliquo modo refferatur, infra dicemus
de quo Vasquez disp. 110, qui bene notat disp. 106 cap.
3° n° 22 sine dubio specialem venerationem deberi instru-
mentis a Deo assumptis ad miracula [illegible]

4° bene addit Pithyophanis citatus art. 3° esse licitum
esse rationabile et pium visitare plus et habere majorem de-
votionem cum una imagine quam cum altera, ac illi majo-
rem reverentiam exhibere ex eo quod ad praesentiam illius Deus
soleat frequentiora et majora miracula facere: eadem de causa
pium est unum templum plus invisere quam aliud, quam doctri-
nam optime explicat Suarez disp. 54 sect. 5 § hac distinctione,
si n. eandem personam repraesentent plures imagines, et sub ea
ratione aequalis omnibus adoratio debeatur, tamen potest una pluribus

im

tinuli ec sacrata, l. qa assumit ut instrumentum à Deo ad plura miracula. l. qa speciali ritu ecclę benedicta, aut consecrata, aliave similia: qui etiam sect. 8a § R. ait ut imagines adorari debeant necessarias ac moraliter loquendo publicam impositiones et authoritatem cum signent ad placitum et fere semper non ita exprimant reemigias ut ū in se ē; praesertim verum ē in imaginibus Dei et Angelorum quae metaphorice repraesentant ut supra dicebamus n° 3° et ideo sacramenta vetera, serpens ęreus et alia ejusmodi jam non sunt adoranda quia cessavit impositio et consequenter signatio et repraesentatio.

5°: quam longe distet ab idolatria adoratio imaginum in ecclia recepta inter alios plures bene demonstrat Suarez hic disp. 54 sect. 8a et lib. 2 defensionis fidei cap. 22 Lateq. Valen. t. 3° disp. 6a q. 11 puncto 1; res ipsa manifestissima ē ex D. Tha 2a 2ae q. 94 ubi ait idolatrias esse quasdam superstitiones quo cultus soli Deo debitus exhibetur creaturis, nam ipse cultus idolatriae l. sistit in idolo tanquam in vero Deo, l. per simulacrum tendit ad colendum pro Deo eum qui non ē, l. ad colendum ut numen inquis aliquem seu daemones: veneratio autem imaginum tendit l. proxime in [illegible] honorem Dei veri, l. saltem alicujus personę vel sanctę, qui cultus tandem in Deitatis honorem redundat. Neque vero oro tendit in imaginem, aut in illa aliqua sanctitas intrinseca cognoscitur à catholicis sed extrinseca solum et respectiva modo supra explicato n° 2°; unde ait Triden. sess. 25 initio postquam docuisset imagines venerandas ec. non quia credatur l. q. ab eis sit aliquid petendum, l. quod fiducia in imaginibus sit figenda. Unde cum oramus coram imagine B. V. Virginis et Sanctorum

n' illas oramus aut deprecamur q. illas oculis corporeis conspiciamus ad majorem devotionem, sicq. n. oro tendit ad eum qui preces potest audire et facere s. intercedere pro orat: unde in hoc differunt adoratio et oratio, q. p illas adorat quidem res signata p imagines, et ipsa imago mo explicando q. sequenti; per oronem o n' orat imago neq. partialiter q. n' e capax ut oret. De ado: rat. imaginus et hæresibus c. illam multa Conting t. 1o lib. 5o art. 15.

Qo 6a

Qua adorat. adorandæ sint imagines.

Sect. 1.

Status quæstionis et variæ sententiæ.

Res hæc satis controversa e inter Catholicos, et ut melius veritas capiat aliqua supponenda st. In primis bene notavit Suar. hic disp. 54 sect. 4 a initio, tribus modis posse intelligi adorat. fieri ad imaginem seu ad præ: sentias imaginis: 1o mo dirigendo totas intent. ad exem: plar in imagine representatum tanquam ad obiectum proprie et p se adoratum et n' ad imaginem: 2o dirigendo ado: rat. et intent. tam ad exemplar quam ad imagines faciendo ex utroq. unus obiectum adæquatum p se ado: rabile: 3o mo dirigendo adorat. ad ipsam imagines tanquam ad mam seu rem p se adoratam, ab exemplar vo solus ut ad ronem adorandi, sic n. medium amat in se et p se n' vo propter se sed propter finem. —

Bene etiam advertit Pizzianis distinit. q. art. 3 ini: tio triplex e adorationis obiectus, 1us e motivus tm nem: pe illud q. tali adorat. n' adorat sed excitat l. mo: vet ad aliud adorandus: 2us e trativus tm nempe

ipso

ipsa res in quas ultimate ea adoratio trait: 3us e motivus et trativum simul, qo scilicet et movet ad aliud principaliter adorandus, et trait ipsas adorationes, habet simul eadem adoratione, sed minus principaliter et non ultimate. Deinde illud dicitur honorari per se quod in se habet rationem venerationis ut natura rationalis: illud dicitur honorari per accidens quod est coniunctum rei quae adoratur nec habet in se intrinsece rationem adorationis, ut purpura iuncta Regi, quae distinctiones serio notandae erunt, ut et authores in hac quaestione diversimode opinantes intelligantur, et res ipsa radicitus enodetur.

His suppositis conveniunt quidem omnes Catholici contra Iconomachos aliquas venerationes deferendas esse sacris imaginibus ut supra dicebamus quaestione precedenti. Deinde conveniunt Doctores imagines esse venerandas non solum per accidens, improprie, aut abusive, sed per se et proprie ita ut ipsae terminent venerationes de quo quaestione precedenti nº 2º, late quod infra probabitur. Unde oppositas sententias Durandi et aliorum periculosas esse iudicat Pitigianus citatus, immo Medina hic art. 3º ait heresim sapere, refferturque Victorias appellare illas hereticas, et sane male sonat, cum enim concilia absolute doceant adorandas esse imagines, male sentit qui asserit ea testimonia intelligenda esse de adoratione impropria et abusiva.

Convenit etiam inter Catholicos nunquam imaginem posse licite adorari quin simul aliqua ratione adoretur exemplar, ac proinde non posse ita adorari ut tota adoratio et intentio ad solam imaginem trait, cessetque ubi solum designatur trativum. Ita S. Thomas hic art. 3º et omnes interpretes. Probatur haec veritas 1º ex conciliis, et in primis Photius Patriarcha Constantinopolitanus in libello de

7 synodis qui habet 1° 3° edition antea 7 synodos cap. 7°
ait: Omnibus perspicuum est honorem imaginibus habitum
ad eos transire quos illae referunt. et infra loquens de ima=
ginibus Xpi Dni ait: Neque enim in illis consistimus honorem
quem eis adoramus, excludimus sed cultus et adoratio quae
incarnit sacra conveniens ac minime diversa ratione in eos
ipsos ad indivisibilem illam singularemque unicam Di=
vinitatis dirigimus. et alia habet passim in 7ª synodo generali
idemque docet Triden. sess. 25. Plura de hoc testi=
monia refert Suar. disp. 54. sect. 5ª, praeclaraque sunt
verba Damasceni oratione 3ª de imaginibus, ubi citans Atha=
nasium ait: Quemadmodum Iacob cum esset e vita
discessurus fastigium virgae Ioseph adoravit, non virgas
ipsas honoraturus sed eum qui virgam tenebat: ita nos
Xpiani non alia ratione imagines colimus. ——
Accedit ratio manifesta. etenim imago adoratur ut imago
et non ut aurum vel argentum aut aggregatum ex colo=
ribus &c., sed ut imago necessario dicit ordinem ad exem=
plar cum sint correlativa, ergo oppositio implicat imagines
adorari ut imaginem sine eo quod simul aliqua ratione ado=
retur exemplar. Confir. quia res inanimata non est capax hono=
ris aut injuriae nisi quatenus pertinet ad aliquam naturam in=
tellectualem in ordine ad quam honor et injuria habent
locum, ergo nunquam potest religioso cultu adorari ima=
go quae res inanimata est quin simul talis honor et adoratio
tendant ad naturam intellectualem scilicet ad Xpum vel san=
ctos quibus debetur ea adoratio, neque est cur in ea re ita per=
spicua probanda immoremur. ——
His suppositis 1ª sententia ait imagines debere adorari ea=
dem adoratione cum exemplari seu prototypo ita ut hoc
adoretur ut quod et non alia ratione. Ita videtur sentire D. Thom.
hic art. 3° et fere omnes thomistae, latissime eam probat Vasq.
plurimosque Doctores refert pro ea sententia hic disp. 108 cap.

3°

3°. strictius adhuc in ea p.te loquitur Alor t. 1° lib. 9° cap. 6°
§ 5 a fine, et Cabrera hic disp.ne 3a cc. 2a. 2da aut imagines adorandas esse propter prototypus n.' tn. eadem adorat.e sed alia inferiori quas vocant honorarias exemplar.is adorari ut quo et n.' ut quod. Ita sentiunt Henrriq., Alarcon, Gabriel, Corduba, Catharin. et alij quos refferunt Cabrera citat. § 1° Martinus de Ayala in lib. de traditionib. 3a p.te cap. quali honore imagines venerandæ sint et alij. 3a sa utramq.e iungit asserens posse quidem imagines adorari eadem adorat.e cum exemplari, et inferiori etiam pro diversa ratione qua consideratur innotari exemplar ex intent.e adorantis scilt. ut quo s. ut q.d, in recto s. in obliquo. Hanc tenet Suar. hic disp.e 54 sect. 4a cir. fa., Sanderus lib. 2° de imaginib. cap. ultimo, Albertus Pigius lib. 8° Grassinus. Bellar. lib. 2° de imaginib. cap. 21 et 25, Pithy- gianus distinct. 9a art. 3° cc. 3a et 9a, Pelantus hic art. 3° disp. 2a cc. 2a, idemq.e sequuntur aliqui docti Recentiores.

Sect. 2a

Resolutio quæstionis.

Ego quidem 3am sam sup.a relatas veram existimo diversas q.d eius partes, fundamentis contrarias opinionum efficaciter convinci. Sic aut explicat et roborat p. sequentes conclusiones.

1a cc. In adorat.e imaginis etsi hæc n.' possit licite fieri sine respectu ad exemplar q.d p. illas representatur ut sup.a ostensum est, tn. poterit exemplar afferri in recto et ut q.d, s. in obliquo scilt. et ut quo aut minus principaliter. Pbr. q. dependenter ab intent.e adorantis ut patet potest n. considerari imago ut facit unum totum cum exemplari ita ut exemplar consideret ut scilt. in imagine ergo adorari in recto

et p[ro]prialiter sicut Rex vestitus purpura. Potest etiam fieri
ipsa imago in recto et solum de in recto exemplar quate-
nus e[st] t[er]m[inu]s illius: sicut in physicis q[uan]do m[ateri]a et f[or]ma faciant
